
VITT. EMANUELE


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
19 N
34

DISCVRSVS HISTORICO-POLITICO-IVRIDICVS

DE

ELECTIONE REGIS

ET IMPERATORIS ROMANORVM, EIVSQVE SOLEMNITATIBVS

AD AVREÆ BVLLÆ CAROLI IV. Romani Imperatoris

LEGES IMPERII

FVNDAMENTALES

Methodicè conſcriptus

E T


Publicæ omnium publici iuris Indagatorum cenſuræ expoſitus

A B

AVGVSTO VISCHERO DRESDA-MISNICO IVRE conſulto & in incluta Treuirorum Vniuerſitate Profeſſore Pandectarum publico.

Q. Mucius ad Seruium apud Pomponium in l. 2. §. 43. ff. de O. I.
Turpe eſt Patritio & viro nobili (addo ego, & ciui Romano) cauſas oranti, ius, in quo verſatur, ignorare.

Anton. Perez in Aphoriſm. fol. mihi 70.
Diſputare de Republicâ, res eſt magna, & diſcurſus de ſtatu, cibus eſt ſtomachorum magnorum.

Ex Legato  Ill.mi Cocini

Luxemburgi, Typis Huberti Reulandt.

Sumptibus IOANNIS NICOLAI ZECH
ANNO M. DC. XX.



REVERENDISSIMIS, SERENISSIMO ET ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIBVS AC DOMINIS

DOMINO IOANNI SVICARDO SANCTÆ SEDIS MOGVNTINÆ ARCHIEPISCOPO, PER GERMANIAM SACRI ROMANI IMPERII ARCHICANCELLARIO ET PRINCIPI ELECTORI, &c.

DOMINO LOTHARIO ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI, SACRI ROMANI IMPERII PER GALLIAM ET REGNVM ARELATENSE ARCHICANCELLARIO, PRINCIPI ELECTORI NEC NON ADMINISTRATORI PRVMIENSI PERPETVO &c.

Nec non

DOMINO FERDINANDO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI, SACRI ROMANI IMPERII PER ITALIAM ARCHICANCELLARIO, PRINCIPI ELECTORI, EPISCOPO PADERBORNENSI, LEODIENSI ET MONASTERIENSI, ADMINISTRATORI ET COADIVTORI HILDESHEMENSI, BERCHTERGADENSI, ET STABVLENSI, COMITI PALATINO RHENI, DVCI VTRIVSQVE BAVARIÆ, WESTPHALIÆ, ANGARIÆ ET BVLLONII, MARCHIONI FRANCIMONTANO &c.

OMI-



VM ius nostrum aliud publicum sit, aliud priuatum, Reuerendissimi, Serenissime, & Illustrissimi Archiepiscopi & Principes Electores, Domini Clementissimi. Illud verò definiatur, quod ad statum rei Romanæ spectat; hoc verò, quod ad singulorum vtilitatem pertinet l. 1. ff. de I. & I. §. fin. l. eod. minimè iuris publici cognitio illos, qui se iuris studiosos, quo nomine Iuris-consulti modestè honorantur, in l. 1. ff de offic. Adsessor. profiteri satagunt, effugere debet. Petr. Heig. qq. libr. 1. quæst. 11. num. 1. Nam cum publicæ rei directio ipsorum iudicio & discretioni committi solet & debet, vtique si non quis status Reipubl. sit, quibusué medijs, ad eum deuenerit, & conseruari possit, absque eo in sequiorem deflecti valeat, in promptu teneant, neutiquam summæ rei vtiliter consulere poterunt. Nam vt ait T. Liuius libr. 1. histor. ad illa quisq; acriter intendat animum, quæ vita, qui mores fuerint, per quos viros, quibusué artibus domi militiæq; & partum & auctum Imperium sit; vt mirari non immeritò liceat, nostrates magno conamine & molimine, quę priuatorum in rerum suarum directione potestas sit, extricâsse, ne per transennam verò, quæ Imperatoris, Electorum, Principum, cæterorumq; Romano-

no-Germanici Imperij statuum & ordinum in Imperio effulgeat sublimitas, aspexisse. Magnis siquidem voluminibus de iurisdictione veterum euersæq; Romæ disputatum, præsentis verò Imperij eiusdemq; statuum iurisdictionem delineare cura suscepta nulla fuit. Pars laboris non minima habita fuit originem actionum, stipulationes, emphyteuseos, testamentorum aliorumq; similium inquirere & perscrutari; at neglecta & tenebris obducta Electorum, Principum, Comitum, Ciuitatum aliorumq; origo latuit, societates priuatorum magnis sudoribus enuclearunt, sed Confraternitates, fœdera, societates Principum aliorumq; statuum neglectæ & abiectæ: cuius neglectûs & despectûs mihi subinde ICtorum nostrorum labores & studia indefessa perpendenti & ponderanti non occurrit alia ratio, quâ ipsos in omnibus iuris priuati partibus tàm gnauos & gnaros, prorsus verò in fundamentalium Romano-Germanici Imperij legum euolutione elingues fuisse putem, quàm quod rei farinariæ (cum tamen scire debuissent, quod res sanctissima sit ciuilis sapientia, & quæ pretio nummario non sit æstimanda. l. 1. §. 5. ff. de extraord. cognit.) tractatio istius iuris magis conduceret; cuius cura sordida cum huius æui nonnullos viros egregios minimè tangi & detineri, sed ingenti iuris publici splendore erigi cernerem, eorum imitatione, ductu & hortatu

 iuris

iuris publici (quod scilicet in ipsis rerum argumentis obtineret, vt alibi IVSTINIANVS loquitur, quodq; in hodierno Imperio nostro obseruaretur & in vsu esset) vniuersi syntagma ante triennium anno 1617. ætatis meæ 22. delineare & methodicè non sine magnis laboribus (prudentes & politici iudicare velint omninò velim non homines de scholâ) disponere cœpi, quod etiam dudum perfecissem & prælo cõmisissem, nisi negotium religionis (in hæresi siquidem satus, natus & educatus eram, nunc verò DEI omnipotentis gratia & misericordia ex hæreseos fecibus & faucibus Orci liberatus & ereptus) triennale remoram ineuitabilem iniecisset. Cuius Syntagmatis quamuis præludia duntaxat & operæ adfectæ magis quàm confectæ coram Reuerendissimis Celsitudinibus vestris nunc compareant, in quibus ipsis multa maximaq; desiderari egomet lubens & prolixe agnosco: (quippe dum in motu incerto & statu rerum mearum fluxo versor vtpote qui propter accessum ad Catholicam Ecclesiam Romanam Spiritu S. & veritate vrgente amicis & proximis meis opprobrium sim factus, atque domesticis & familiarissimis Doctoribus meis, mutis pariter & non mutis tanto interuallo absens pauca hæc cõceperim, nescio an velut vasa castrensia conclamauerim.) Vos tamen, Reuerendissimi, Serenissime, & Illustrissimi Archiepiscopi & Principes Electores,

natu-

naturæ potiùs bonitate,quàm meritis meis inducti ſpem meam precesq; largiſſimè adimplebitis , hoc eſt,Patroni mihi ac defenſores eritis, nec auerſabimini, quin ſub Reuerendiſſimarum veſtrarum Celſitud. auſpicijs hæ præcurſoriæ chartæ primam iudicij popularis aleam, quæ acerrima & iniuſtiſſima, imperitiſſima & ineptiſſima eſſe ſolet,periclitentur. Quam quò proſperius exantlauerint,eò ſecius verebor(modò Supremus Arbiter tranquillioris vitæ inducias aliquantiſper dare & prorogare dignetur) ſub pari Reuerendiſſ. veſtrarum Celſitud. ductu atque præſidio reliquas in hoc genere coniecturas meas ſeriatim emittere, tandemq; vniuerſas ad ordinem formamq; hic prælusam explicare. Agite igitur,Reuerendiſſimi, Sereniſſime,& illuſtriſſimi Archiepiſcopi & Principes Electores, vultu hilari hoſce labores meos,ſui quidem pondere tenues, at de materijs verè regijs diſcurrentes,ſuſcipite, quod ſi cognouero,animum ad exornandum ius publicum mihi additum eſſe, demonſtrare non intermittam. Cæterum illud D. Bernhardi Eugenium paululum immunitatum veſt. Reuerendiſſ. Celſitud. medullitus comprecor, vt Devs Opt.Maximus quemadmodû hactenus , ita quoque deinceps diuina clementia veſt. Reuerendiſſ. Celſitud. ſoſpitet conſeruetq;, vt porrò feliciſſimè pergant exhibere ſeſe,formas iuſtitiæ,ſanctimoniæq; ſpecula, pietatis exemplaria, aſ-

ſertores.

sertores veritatis, fidei defensores, Doctores gentium, Christianorum duces, sponsi amicos, paranymphos sponsę, Cleri ordinatores, pastores plebeios, magistros insipientium, refugia oppressorum, pauperum aduocatos, miserorum spes, tutores pupillorum, iudices viduarum, oculos cæcorum, linguas multorum, baculos senum, vltores scelerum, malorum metus, bonorum glorias, virgas potentum, malleos rebellium, legum moderatores, canonum dispensatores, sal terræ, Germaniæ nostræ lumina, Sacerdotes Altissimi, Christos Domini, denique Deos hæreticorum, vt impij Pharaonis Moses fuisse legimus. Deus id Opt. Max. faxit ex animo precor. Dabam Augustæ Treuirorum ex Musæo meo Anno M.DC.XX. ad diem 11. Aprilis.

Reuerendissimarum & Illustrissimarum Celsitudinum vestrarum

Obsequentissimus & humillimus cliens.

Augustus Vischer Dresdâ-Misnicus ICtus & in incluta Treuirorum Vniuersitate Professor Pandectarum publicus.

HISTO-



DISCVRSVS HISTORICO-POLITICO-IVRIDICVS

DE ELECTIONE REGIS ET IMPERATORIS ROMANORVM EIVSQVE SOLEMNITATIBVS.

CONCLVSIO I.

MONARCHIÆ constitutionem Politici (1) alias faciunt duplicem, ordinariam & (1)
extraordinariam: Ordinariam dicunt, quæ fit vel per naturam, vel per vota, siue, quod idem est, vel per successionem, vel per electionem: extraordinariam iterum constituunt duplicem, armatam & togatam: Illa illis est, cum iure belli regnum aliquod occupatur à Principe, atque adeò quando populus armis subigitur, & vi constituitur Imperium: (2) Hæc verò cum vel (2)
Iure dotis (3) regna acquiruntur, vel ex pacto & Iure fœderis, (3)
vbi Principis vicinus sub casu extinctæ familiæ suæ defert successionem ad Principem vicinum (4) vel emptione, (4)
donatione, cessione, permutatione, &c. (5) obuenit alicui (5)
Imperium. Verum cum acquisitionem violentam, excepto vnico casu, (6) à Reipubl. constitutione remouendam esse (6)
alibi docuerimus: (7) & quæ dotis vel titulo aliquo simili (7)
acquiruntur regna, ad successionem referri possint: Nos Monarchicum Imperium potestatis adipiscendæ ratione partimur in successorium & electitium: Rex enim vel nascitur, vel eligitur: Natura equidem mortalium, ait Iustus

(8) Lipſius,(8)auida cum ſit Imperij, & locum principem affe-
ctent plures, nec boni ipſi, nec bono fine: ſapienter eos re-
primit, & velut caput Regiæ huius viæ Lex Gentium repa-
gulo munit duplici, Electionis & Succeſſionis. Et quamuis
vterque modus ſubinde in Republ. Romanâ à primâ Cæ-
(9) ſarum Origine vſitatus fuerit: (9) Electio tamen ſola in Im-
perio Romano-Germanico imitatione maiorum laudabi-
(10) li receptâ eſt, & etiamnum viget. (10) vt etiam nuperrimè
ante menſes circiter ſex SS. Romano-Germanici Imperij
Electores eorumque Legati Catholiciſſimum & inuictiſſi-
mum Imperatorem noſtrum modernum FERDINANDVM
II. (quem DEVS OPT. MAX. in hoc turbulentiſſimo, hære-
ticorumq; fraudibus & machinationibus ſcaturientiſſimo
Romano-Germanici Imperij ſtatu cum totâ Illuſtriſsimâ
Domo Auſtriacâ Eccleſiæ Catholicæ Romanæ ſaluti, Rei-
publ. bono, ſubditorum quieti diutiſsimè conſeruet, tuea-
tur, ſoſpitet, & ſuperſtitet, ac ſecundiſſimis rerum ſucceſſi-
bus fortunet, eundem DEVM Tri-unum ſubmiſsè venera-
mur & obteſtamur:) ad ſolium Imperiale euexerunt. Cuius
actus ſolemnis, feliciter peracti, occaſione præſentem diſ-
curſum, de ELECTIONE REGIS ET IMPERATORIS
ROMANORVM, EIVSQVE SOLEMNITATIBVS metho-
dice conſcribere, & publico diſputantium examini & om-
nium publici iuris indagatorum cenſuræ exponere volui-
mus: in quo ſi non omnia, vt excellentia materiæ require-
bat, aſſecuti fuerimus, breuitati temporis ſtatuique rerum
noſtrarum ſat fluxo & turbato, beniuole lector, aſcribas
volumus, & vehementer rogamus. Si DEVS, in cuius manu
ſumus omnes, vitæ ſtatum meliorem, firmiorem, ſtabilio-
remque dederit, habebis certo certius ſyntagma Iuris pu-
blici integrum, ante triennium in catalogo librorum Fran-
cofurtenſi promiſſum: nunc portiunculam hanc (credito-
res enim vel oblatam debiti portionem accipere nonnun-
quam à Prætore compelli nō ignoras) accipe, vtere, fruere,
& nos,

& nos ibi ad omnia, quantum genij & ingenij vires valent, paratissimos fauore tuo prosequi non desiste.

(1) *Barth. Kecker. Syst. pol. l. 1. c. 4. f. mihi 110. Phil. Hœn. disp. polit. 9. th. 22.* (1)
(2) Sic auaritiæ & ambitionis feruor ad cædes nefarias inuitauit & irritauit Ninum. *Iustin. l. 1. histor.* Sic Marcus Antonius notatur, quem ambitio contra Octauium. *Florus l. 4. c. 4.* Mithridates, quem contra parentem. *Val. Maxim. l. 9. c. 11.* Sic Crassus, quem contra Parthos, Cyrus, quem in Massagetas, Xerxes, quem in Græcos, Annibal quem in Romanos, Alexander quem aduersus totum orbem armauit, quod rectè exprobrârunt eidem Scythæ, dicentes; si Dij habitum corporis tui auiditati animi parem esse voluissent, Orbis te non caperet, alterâ manu orientem, alterâ occidentem contingeres. *Curtius l. 9. hist. Franc. Patrit. de instit. Reip. l. 9. tit. 1.* (3) Videatur *Petr. Gregor. Tholos. de Republ. l. 7 c. 6.* (4) Fœdus hoc vocatur Confraternitas: Germanis Erbuerbrüderung/Erbuereinigung/Erbuertrag/Erbuerbündnüß; & hoc modo paciscentes vocantur Fratres & hæredes conuentionales; Germanis Erbuerbrüderte/Erbuereinigte/Erbuerwandte. *Fr. Hotom cons. 1.* Et licet huiusmodi pacta & confraternitates regulariter sint prohibitæ, cum pacto hæreditas non deferatur, neque pactum super futurâ successione interpositum valeat. *l. stipulatio hoc modo concepta 61. vbi Hugo Donell. & Dd. ff. de V. O. l. ex eo C. de inutil. stipul. l. hereditas C. de pact. couent. l. pactũ 3. C de collat. l. licet. l. fin. C. de pact. Hartm. Hartm. pr. obseru. l. 2. t. de pact. t. 3. in pr. Fern Vasq. de success. resolut. l. 2. §. 20. n. 5.* etiamsi iuramento vallatum. *arg. l. non dubium C. de leg. c. non est obligatorium de R. I. in 6. Petr. Greg. Tholos. l. 41. S. I. V. c. 5. n. 24. Ant. Tessau decis. 215. n. 3. Nicol. Boër. decis. 264. n. 20. Nicol Eberh. Iunior cons. 11. nu. 10. vol. 2.* dissentientibus *Baldo, Iasone, Decio, Didaco Couarruuiâ. Iacobo Menochio* & aliis relatis à *Tessauro d. l. & Andr. Fachin. cent. 2. controu. vit. & 8 controu. 72.* aut super parte hæreditatis initum, quoniam idem iuris esse debet, de parte quoad partem, quod de toto, quoad totum. *l qua de tota & ibi DD. ff. de R. V. Mart. Vrantius cons. 13. n. 4. Alex. Raudensis l. de anal & æquin. decis. 25. n. 44. Ernest. Cothm. cons. 21. n. 20.* Tamen in Illustribus personis valent, si consensus Imperatoris accesserit. *Andr. Gaill l. 2 obs. 127. nu. 5. & seq. Petr. Heig. L. 1. q. 23. nu. 24. Ioann. Dauth. in expos. l. f. C. de pact. nu. 125.* propter rationes sequentes. 1. quia leges allatæ & allegatæ loquuntur de priuatorum actionibus: Dahero die Chur vnd Fürsten deß Reichs/ quæ personæ publicæ derselben gesäß keines wegs vnterworffen / sicut respôdit Domus Saxonicâ in der apologia vnd rettung der zwo schrifften/ so Anno 1609 von des Chur vnd Fürstlichen Hauß Sachsen an den verledigten (3) (4)

ledigten Gülischen Herrschafften habenden Rechten außgangen. 2. In Illustribus personis illa sinistra suspicio de voto captandæ mortis alienæ cessat. *Franc. Hotom.consf.2.n.48.* 3. Milites rectè ita paciscuntur, vt is, qui superuixerit, alterius rebus potiatur *l.licet 19. C.de pact. Roman.cons.43. Obrecht de discipl.milit.th.805. & seq.* Principes verò Imperij Imperatori & Imperio semper dicuntur militare. *arg.l.1 ff.de milit.test.l.2. C. de domest.& protect.l.12 c.vn.2. F.F.22.c.vn 2.F F 21. Andr. Knichen de Iure Territ.c.1.n.162.Reusn.in indiuid.1.consf 3.n.36.* 4. Quia illustrium eiusmodi personarum pacta ad pacem & tranquillitatem Imperij spectant, ne scilicet subditi vel inuitis vel ignoto Domino subijciantur, quæ solet esse occasio discordiarum, inuersionis & perditionis totius principatus. *Andr.Gail.l.1.obs.227.* 5. Quia ab Imperatore confirmantur. *Barth. Musiul de confrat.th. 27.* 6. Quia non omninò aufferunt facultatem testandi liberam, solent enim plerumque paciscentes certam bonorum quantitatem reseruare, de quibus testari possint. Cuius rei exempla exstant in confraternitatum pactionibus inter Duces Saxoniæ & Landtgrauios Hassiæ diuersis temporibus, vt mox dicemus, renouatis; Ibi enim personis vtrimque partis testandi vel quouis modo disponendi facultas vsque ad summam 10000. floren.aureorum Rhenensium reseruatur. Item inter Duces Saxoniæ & Marchiones Brandenburgenses hoc modo itidem paciscentes reseruant facultatem liberè testandi vsque ad summam 12000. aureorum: vti refert *Reusner. l.1.consf.3.n.46.* 7. Accedit autoritas *Vdalrici Zasij* quod scilicet votum captandæ mortis aliis nationibus sit relinquendum, quasi apud Germanicam integritatem, etiam ipso *Bologneto Italo* teste, parum cognitum. 8. Quia consuetudinibus & statutis huiusmodi pacta sunt munita, quæ adeo dicente *Petr. Heigio l.1.qu.23.n.12.* inualuerunt moribus Germanorum, vt propemodum frustranea omnis de eo videatur dubitatio. Vid. *Iason.in l.licet 19.C.de pact. Vdalr. Zas.in l. 61. ff. de V.O. Ludolph.Schrad.consf.19.n.56.vol.1. Roder.Suarez.in repetit. l. quoniam in prioribus ampl.10.n. 13 & seq. C. de inoff.testam.* quod ipsum etiam vsu venire experientia ipsa tanquam rerum magistra, in Principibus non solum Germaniæ, sed aliorum regnorum & prouinciarum docet. Illustre huius rei exemplum refert *Ludou. Molin.consf.17.* de Hassiæ Lãdtgrauijs & Comitibus Catzenelnbogensibus. Tale pactum inierunt quoque anno Christi 1262. *VVarem.ab Erenberg in medit. pro fœder. c. 2.n.20.* (licet *Reusn.consf.3.n.45.Fr.Hotom.Ingolstadiẽses & Louanienses I.Cti* referant ad annum 1373: reprehensi à *VVarem. ab Erenberg. d. l.*) Duces Saxoniæ, Marchiones Brandeburgici, & Landgrauij Hassiæ, quod

quod Carolum IV. confirmâsse dicit *Lud. Molin. in addit. ad Philipp. Dec. cons. 516.* quod fuit renouatũ anno M.CCCC.XXXIII. M.CCCC LVII. M.CCCC.LXXI. M.D XXXVII. M.D.LV. M.D.L.XXXVII. & vltimò anno M.DC.XIV. mense Martio Nurnburgi in Thuringiâ. Simile pactum erexerunt Duces Saxoniæ & Principes Hennebergici anno M.D. LIV. quod Carolus V. confirmauit teste *Lud. Molin. in addit. ad Cons. Dec. 516.* Cuius confraternitatis effectus subsecutus fuit anno M.D.LXXXIII. vbi Principibus Hennebergicis extinctis comitatus Hennebergicus cum omnibus pertinentiis & regalibus, tanquam feudum Imperii ad Soxoniæ Duces translatus est. Eundem ad modum Brandeburgicus & Pomeranus pacti sunt, de quo pluribus agit *Dauid Chytræus in chron. p. 156. & 365. & seq.* Eodem iure vtuntur Duces Bauariæ & Comites Palatini, tum de legitimâ bonorum suæ gentis deficienti masculâ prole, tum etiam de electoriâ dignitate pacti sunt. *Ioann. Bodin. l. 1. de Repub. c. 2.* Item familia Austriæ & Bohemiæ. *Henric. Mutius l. 8. chron. German. Renat. Choppinus de doman. Franc. l. 2. t. 1. n. 8.* De Francisci Phileberti & Bessi Marchionum Messeranorum & Romagnanorum pactis successorijs testatur & latè agit *Iacob. Menoch. cons. 923.* Nec Galliam huius consuetudinis ignaram testes sunt *Andr. Tiraquell. de iure primogen. q. 7. n. 7. Iacob. Cuiac. ad l. 26. ff. de V. O.* De Regno Neapolitano constat ex *Fabio de Annâ cons. 2. l. 1.* (5) De his vt (5)
& reliquis modis peculiari discursu suo tempore acturi sumus. (6) Hic (6)
casus vnicus est, cum quæstionem grauem Politici mouent: *Vtrum Princeps aliquis Christianus iustè possit inferre bellum barbaris nationibus, à quibus nunquam ipse est læsus, & an illud Imperium sit legitimum, ac fundamentum regiminis habeat, quod eiusmodi inuasione ac bello acquiritur?* De quâ quæstione eleganter disputat *Iustus Lipsius l. 5. polit. c. 4.* & ex eo *Casmann. in polit. c. 8.* Nos hactenus iustum fore Imperium statuimus si eum ob causam inuadantur homines immanitate barbari, vt ad culturam, honestatem ac pietatem deducantur: iniustum verò, si libidine dominandi, atque adeo aucupio quodam gloriæ, ac propter vltionem vel vindictam aliquam priuatam magis, quam publicam, ac denique ob auaritiam. Et licet hæretici communiter omnes Imperium Hispanicum in Indos iniustum esse clamitent, quia pro scopo proposita fuerit à plerisque eò missis Præfectis & Legatis inexplebilis auaritia & non emendatio aut conuersio, sed euersio & vastatio istorum amplissimorum regnorum, & hanc ad rem vtantur testimonio *Barthol. Casai Episcopi Hispani in narrat de regio. Indic. deuast. &c.* Tamen Catholici Christiani haud ignorant, historiæ quoque continuatâ serie abundè

 testantur,

testantur, Catholicissimos Hispaniarum Reges nunquam ductos fuisse nec duci dominandi, sed salutem animarum procurandi libidine, non auaritia auri, cuius apud hæreticos ratione deiectorum Episcopatuum, Abbatiarum, Monasteriorum, &c. vt alibi latius dicemus sacra fames, sed auaritiâ animarum, ex faucibus Diaboli eripiendarum, non aucupio gloriæ mundanæ & transituræ, sed æternæ & perennaturæ, nec deniq; vindictâ ab Indis, sed à communi hominum hoste, circumcursitante vt Leone & querente, quem deuoret, sumendâ: & hæc omnia felicissimè perfecit aut etiam perficit modernus Catholicissimus Rex, adiutus ope & operâ Patrum Societatis IESV, qui etiam proprio non pepercerunt nec nunc parcunt sanguini, sed pro salute animarum effundere paratissimi fuerunt, sunt & erunt: quod enim millia innumerabilia barbarorum ad veram & saluificam fidem cõuerterint, & quod ex illis plurimi martyria passi sint, testantur historię & epistolæ à multis & diuersis scriptæ & iam dudum publicatæ, nec non illi, qui quotidiè
(7)(8) ex Indorum regnis redeunt (7) *in tract. nostris iuris duell. univ.* (8) *l. 2.*
(9) *polit c. 4.* (9) Omnibus siquidem modis primi Imperatores Imperium in suâ domo firmare studuerunt, ob quod, si liberos genuinos non haberent, alios ad Imperium adoptârunt: sicuti Iulius Cæsar Augustum hæredem instituit, Augustus Tiberium adoptauit, hic vicissim Drusum, &c. Hinc hęredes *Seneca* vocat adminicula Augusti: *Suetonius* subsidia aulæ & consortes Imperij: *Plinius* subsidia dominationis. Rationem verò arcanam hanc habuerunt ne Principatus siue Regnum mortuo sine hærede Rege facilè in partes distraheretur, & in aliam Rempublic. mutaretur, vt testatus est *Aristoteles* & exempla sunt obuia in Alexandro Magno, Philippo Maria, Ioanna Regina Neapoli-ana aliisque *Arnold. Clapmar. de arcan. Rerump. l. 2. c. 21.*
(10) (10.) Grauissima est quæstio, necdum inter politicos decisa ait *Eberhardus à VVeihe scripto peculiari: An scilicet Monarchia & in specie Imperio Romano magis conueniat successio, an verò electio?* Quam quæstionem disputationibus suis huc & illuc trahunt passim alij, vt videre est apud *Ioann. Marian. Hispan. de reg. & reg. instit. l. 1 c. 3. Marsil. Patan. in defens. pacis l. 1. c. 9. & 16. Machiauell. l. 1. c. 20. discurs. Bodin. l. 6. de Rep. c. 5. & Meth. hist. c. 9. Iust. Lips. 2. polit 4. & monit. polit. l. 2. c. 3. & 4. Ioann. Casus l. 2. Sphæra ciuit. c. 11. q. 2. Iacob. Alemann in palæstra consult. c 4. Lel. Zechium l. 1 polit. c. 3. n. 1. & 2. Herm. Kirchn. orat. 11. & seq. & disp. 4. de Republ. th. 2. lit. T.* & alios infinitos. Pro electione (quæ in Imperio Romano hactenus viguit, & adhuc viget, & quæ vnicum illud & adamantinum vinculum, quo qualescunque illæ Imperij nostri reliquię & feno-Iutei pedes vtrumque cõtinen-

tinentur,& à dissolutione & ruina hactenus conseruantur, vt de Aureâ Bullâ Caroli IV. in simili scibit *Marquard. Freckerus in orat. 2. de prop. Gubern. Friderici IV. p. 51.*) faciunt sequentes rationes. 1. Quia principatus in populos non sanguini deferendus est, sed vitæ. *c. Moyses 6. c. 8. qu. 1.* Et ipsa natura docet, inquit *Bodin. l. 6. de Republ. c. 4.* dignissimo cuique imperium tribuendum esse, & talem electio inuenit

——— *Quem mutua virtus*
Legit———
Iudicio pulchram seriem non sanguine ducens.

Nasci enim & generari à Principibus fortuitum, nec vltra æstimatur ait *Cornel. Tacit. l. 1. histor.* & sic in successione quemcumque & cuiuscumque conditionis siue Imperij nasci nobis contigerit, admittere cogemur. ait *Petr. Gregor. Tholos. l. 7. de Rep. c. 15. n. 1.* & *Cas. l. 3. Sphær. ciuit. c. 12. q. 2.* virtus, inquit, semper certior, dux quàm natura, quæ nulla stirpis habita ratione sua partitur dona. Hinc Antigonus II. apud *Plutarch. in ap ph.* adolescenti qui non admodum bonus videbatur miles, natus tamen erat patre viro forti stipendium paternum postulanti, ego, inquit, mi adolescens mercedem & munera dare propriæ, non paternæ virtutis causa dignis soleo. Et Alexander Magnus interrogatus in agone nũ fratrem vel filium Herculem sibi successorem, aut alium quempiam vellet, respondit, dignissimum mihi successorem opto. *Iustin. l. 15. hist.* & Chunradus I. Imp. admiratione virtutis & sapientiæ Henrici Aucupis quamuis inimici ductus, ad eum Imperium deferri iussit. *Peucer. l. 4. chron. in Chunrado.* 2. Electio successione naturâ prior & antiquior *Arist. 4. polit. c. 11.* non enim potuit esse successio, nisi in locũ eius, qui primitus fuit electus. Quia enim primi illi Heroës meritis & beneficiis populũ afficiebant, aut augendis & amplificandis finibus, aut virtute bellicâ, aut conciliatâ inter se hominũ communione & societate, aut inuẽtione artium, hi Reges lubenti & gratiâ ciuium sententiâ creabantur, ac tandem velut hæreditario & patrio iure continuabantur. *Arist. 3. polit. 10. & 5. polit. 10.* 3. Virtutis campum aperit electio latissimũ: cum enim plurimi videant, virtute præditos ad principatum euehi, sub principatus tanquã opimiores præmij spe ardentius virtutibus certant. 4. Nasci potest mentis inops, nec tamen repudiari. Vnde Lysandri consiliũ cõsultis, vt nõ proximior sed magis idoneus in regno succederet, reiectũ fuit. *Plut. in Lysand.* & Anaxãdrades Regis Spartiatarũ Cleomenes, etsi nõ videretur mẽtis cõpos, prælatus est, tanquã maior natu fratribus. *Herod. l. 1.* Inops verò mẽtis & simplicior eligi nõ solet, cũ .n. ille prodest nihil, loquor verbis *Euripid. apud Plut. cõsol. ad Apol.* vbi decet

emori

emori & facessere, dareque locum efflorescenti puberi. 5. Regis ætas infirma Reipubl. noxia nec proficua: nam

———Tenero tractari pectore, nescit
Publica Majestas.

Hinc Senator quidam apud *Vopiscum in Tacito*: Dij auertant, inquit, Principes pueros & Patres patriæ dici impuberes: & quibus ad subscribendum magistri litterarij manus teneant: Quæ, malum, ratio est, habere Imperatorem, qui famam curare non nouerit? qui quid sit Respubl. nesciat, nutritorem timeat; respiciat ad nutricem, manuum magistralium ictibus tenorique subiaceat, faciat eos Consules, Duces, Iudices, quorum vitas, merita, ætates, familias, gesta non norit? Videatur, si placet *Bernar. de Girard. tr. de l'Estat de France l. 2 f. 53. 54. 57. 91. 104. & 166.* In successorio verò regno puer non rarò esse potest, in electitio nunquam. 6. Nasci malus potest: in Heroicis siquidem familiis rariùs dona insignia, quæ ad tuendam Imperij dignitatem requiruntur, continuantur: nam

——————Virtus
Haud sata stirpe venit——
Æquat rarò patrem soboles, sed plurimi ab illis
Degenerant: pauci superant probitate parentem.

Quin imò quasi Fato quodam neminem propè Magnorum virorum optimum & vtilem filium reliquisse putat *Spartian. in Seuero.*

Ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα.
Heroum filij noxæ.

Quò enim familia diuturnior, eò peior est,

———Si gens est ampla vetusq;
Multa etiam scelera & clades sectantur eandem,
———Regnant cædes, occulta venena,
Inuidiæ ac stupra———

Et familiarum ac liberorum fœlix status rarissimè vltra trinepotes durat, vt ratiocinatur *Peucer. de diuinat. gener. fol. 35.* Cuius rei rationes indagant *Estienne Pasquier 2. Epist. p. 64. Gregor. Richter axiom. œcon. 14.* Nec desunt exempla: vsu compertum est, ait *Albert. Krantz. l. 2 Sueciæ c. 32.* Romano Imperio non feliciter euenire successionem. Vnus Vespasianus Titum filium suæ imitatorem virtutis habuit: mox Domitianus deflexit: Marcus Antoninus nullum vnquam Reipubl. tulit incommodum, quod Commodum filium reliquit: Seuerus Caracallam fratricidam post se in Imperio habuit, &c. Eligi non æquè malus solet: siquidem tot oculis spectata electio, tot insinuata sensibus, tot insuper

in tuto locata manibus, vt *Imperator* loquitur *in l.8.in f.C.qui testam. fac.poss.* locum insidijs vllum non relinquet. 7. Electione libertas Reipubl. magis stabiliri potest; conditiones enim & capitulationes Principibus præscribuntur, in quas oportet eos consentire, si velint Reges esse, & ideo minus contra regni vtilitatem quid moliri, eiusque dominatum ad se suosque pertrahere, aut subditos nimium affligere poterunt. 8. Is qui succedit, cogitat, coactos fuisse subditos, vt hunc, & non alium Regem ferãt: Electus verò haut ignorat, se magis esse Regno obligatũ, ad quod assumptus est: nã quia in electione plures sunt, qui ambiunt, quod & ipsa vox electionis indicat; eligere enim est, ex multis vnum legere: ideo nouit se regnũ ambiuisse, & quęsiuisse, & non tàm citò eo insolentiæ deuenire solet & potest, vt quicquid infra suam fortunã est, vilissimam quasi rem mancipi tractet. 9. Electus facilius potest moneri & moueri; qui nascitur à Regibus, propter insitam insolentiam, admonitionem non admittit: suà quippe Origine indignum se pati existimat, vilioris subijci homini, admonitioni. 10. Quia qui paruit aliquando, melius imperat, quàm qui non. Nam qui in purpurâ natus, in delitijs educatus fuit, & tàm rerum afflictarum, quàm politicæ æqualitatis ac libertatis inexpertus est, vnde sciat, quomodo erga Principes affecti sint subditi, quidue sibi ab ijs fieri velint? Sæpè in proprio regno captiuis assimiles sunt eiusmodi Principes, domi clausi sũt, vera nõ noscunt, coguntur hoc tantum scire, quod alij loquuntur, nemo illis in ipsis, nec illorum patriâ magis peregrinus est. Demum mancipij instar, bonus, cautus, optimus venditur Imperator. *Vopiscus in Aureliano.* Vnde *Plinius ad Trajanum in panegyrico.* Quam vtile est ad vsum secundorum per aduersa venisse: vixisti nobiscum, periclitatus es, tenuisti: scis & expertus es, quantopere detestentur malos Principes; etiam qui malos faciunt: meministi quem optare nobiscum, quæ sis queri solitus. 11. Facit, quod electio obtineat hodie in Romano Germanico Imperio, Regnis Danico, Sueuico, Polonico. Videatur Catalogus Regnorum electitiorum apud *Vincent. Cabot. l.1.d.8.* 12. In regno electitio defuncto Rege absque metu loquendi reuiniscit libertas: nec defraudatur posteritas veracioris luce historiæ. Filius enim in regno successorio patris iniuriam suam reputat; id quod monuit filium Henricum *Iacobus modernus Britanniæ Rex l.2. Instit. Reg. fol.33.* Ne patiaris, inquiens, Principibus parentibus tuis aliquam labeculam aspergi: ingenuè hoc fatendum est, omnes nos nostris vitijs laborare: quæ tamen tecum & cum DEO priuatim meditando, tibi ipsi vsui & exemplo ad vitæ emendationem potius esse debent, quàm aliorum vt

 sermo-

sermonibus materiam præbeant, &c. 13. Incommoda electionis quæ occurrunt, vt sunt interregnum & digladiatio de controuersa electione successioni non desunt. Quanta enim sint incommoda, si Princeps annis minor ad Imperium vocatur, & status regni regnant, intelligi potest ex querela Hospitalij apud *Iacob. Aug. Thuan. l. 37. hist. f. 781.* De incommodis, quibus affligitur regnum pluralitate hæredum, & fœminarum cum agnatis controuersiâ, videatur *Matth. V Vbener. in metamorph. Rerumpubl. c. 9.* In perfectionibus autem regnum electiuû concomitantibus sapiens legislatio, electorumq; prudens constitutio medicinam adferre potest. Quod nô tàm facile in successorio fieri potest: sæpissimè enim non obstante successoriâ vel mouente naturæ lege filij in annos patrios inquirunt: Videantur *Iust. Lipsi. l. 2. monitor. polit. c. 5. & Camerar. l. 1. horar. succis. c. 88.* Hactenus pro electione: pro successione vltra viginti rationes in nostris locis communibus habemus, quarum enûmeratione hic supersedemus, in alium discursum, quem de Regiâ successione edituri sumus, eas reijcientes. Pro conciliatione quæstionis vanè respondere conantur Politici. *Barthol. Keckerm. l. 1. syst. polit. c. 4. p. m. 114.* distinguit inter Monarchiam simplicem, in quâ merè absolutum est Imperium & inter Monarchiam imperfectam, in quâ non est Imperium merè absolutum. Priori casu successionem putat præferendam, posteriori electionem. Alij electionem tutiorem, successionē propter ingenitum subditis erga prolem Regiam amorem stabiliorem. *Nos* in thesi præstantiorem sui naturâ electionem definimus, modò confusio, vitia, & abusus alii legibus incitantur. In turbata autem Republ. vbi leges non sufficiunt, aut vbi non sunt idonei optimates, firmiorem & tutiorem successionem. In hypothesi verò diuturnus vsus obseruandus est omninò, quippe in suo quæ statu eademq; se manent, plus Reip. vtilia sunt iis, quæ vel meliora per innouationem inducuntur. Videatur *Bodin. l. 6. de Republ. c. 5.* Nec facilè ex regno successiuo electitium facere velle tentandû est. Quò respicit *Ian de Serres en l'inuentaire de l'histor. de France tom. 1 fol. 3, 8.* cum de Reipubl. conuersione, quæ extinctâ Carolinâ familia in Germaniâ & Gallijs est facta, in sequẽtia scribit: Les Francois n'estoient pas en moindre pouuoir que les Alemans pour faire vne Republique Electiue; mais leur humeur les reporta à ceste Royauté hereditaire: sans laquelle ils ne pourroyent subsister.

II.

Fundatur igitur Imperium Romano-Germanicum electione

ctione personæ ad id regendum idoneæ. Quæ electio (11) definitur ius moribus (12) introductum, legeque publicâ informatum & confirmatum, (13) collegio Septemvirali competens, quo spretâ successione scitis & vocibus liberis in publico conuentu legitimo modo conuocato Imperio Romano caput eligitur. (11) (12) (13)

(11) *Gregor. Turonens.* & *Aimon.* electionem vsurpârunt pro eleuatione & approbatione siue consensu: sed imperitè vt ex *Claudio Facnetio l.1. de magistr. Franc.* notat *Henn. Armsæ. l. 2. relect. polit. 2. num. 55. & seq.* Ad multa alia quoque electio se habet, vt notat *Rofredus in summ. de elect. §. 1. in princ.* Nos accipimus vt in definitione. (11)

(12) Videatur *infra memb. 1. concl. 5.* vbi de primâ collegij septemuiralis origine. (12)

(13) Primùm rebus ita postulantibus, *vid. Petr. Heig. l. 1. qq. q. 3. num. 93.* per Ludouicum IV. Imperator. *Cuspin. in eius vita Auentin. l. 8. p. m. 395.* deinde in certam formam vnanimi omnium consensu per Carolum IV. in auream bullam redactum, ingenti cum Reipublic. vtilitate. De quâ *Nicol. Reusn. cons. 11. n. 20. lib. 1.* ita dicit: hac salutem dignitatemque totius Imperij contineri. Et *Peucer. lib. 5. chron. in Carolo IV.* Fuit hactenus, ait, aurea Bulla pacis publicæ neruus firmissimus: & *Marquard. Freher. in 2. orat. de prop. Gubern. Frider. IV. p. 51* Et profectò, inquit, quod omnes intelligentes facilè fatebuntur, aurea illa Bulla Carolina verè est aureum illud & adamantinum vinculum, quo qualescunque hæ Imperij Romani reliquiæ, illique feno lutei pedes vtrumque continentur, & à dissolutione & ruinâ adhuc conseruantur. (13)

III.

Electionem hoc modo sumtam & definitam *Onuphrius Panuinius* & *Tobias Paurmeisterus* (14) faciunt duplicem, aliam omninò liberam, aliam quasi coactam (15) Nos diuidimus in ordinariam, quãdo mortuo aut deposito Imperatore Electores ad electionem Regis Roman. legitimo modo accedũt: & extraordinariã, quando extra ordinẽ quandoq; (14) (15)

suscipitur, viuente Imperatore. De illâ priori, de hâc posteriori loco acturi sumus.

(14) (14) *Ille c.5 de comit. Imper hic l.b 2. de iurisd. Rom. Imp. c. 2. num. 40. & seqq.*

(15) (15) Hanc posteriorem vocant, dum Imperator se viuo successorem designare facit: vt Carolus V. Ferdinandum I. Fratrem. de qua *infra* suo loco.

I V.

Ordinariam quod attinet, illius tractationem sequentibus membris includemus. I. aget de subiecto. II. de obiecto. III. de fine. IV. de circumstantiis loci & temporis, circa electionem considerandis. V. de modo seu formâ electionis. VI. de effectu electionis. VII. Contraria electionis habebit. VIII. pauca de Reginâ Romanorum tractabit.

V.

MEMBRVM I. DE SVBIECTO.

Subiectum adæquatum est collegium septem virale. De cuius efficiente & primâ origine (quæ investigatione dig-
(16) nissima est (16)) scrutandâ, meritò dici potest, quod *Strabo* de Asiæ olim incolis agnouit, dum inquit: non solum propter mutationes res ipsæ incertæ sunt, sed etiam propter dissidentes scriptorum opiniones, qui ijsdem de rebus non
(17) eadem tradiderunt: & quod *Horatius* (17)

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi, sed omnes illacrymabiles
Vrgentur, ignotiq; longâ
Nocte, carent quia voto sacro.

In profundo enim Democriti puteo demersa est, vt qui benè de ea conjecerit, vates optimus meritò sit habendus.
(18) Diuersi diuersis Imperatoribus adscribunt; (18) communis verò opinio; tam Catholicorum (19) quàm aduersariorum
(20) (20) statuit & vult, sub tegimine Gregorij V. Pontificis Ma-
(21) ximi (21) & Ottonis III. Imperatoris, quod tempus incidit in annum 996. collegium hoc septem virale introductum fuisse.

fuisse.(22)Nos nullius vel Pontificis vel Imperatoris decreto primam originem Electorum; sed moribus & antiquæ consuetudini, postea in legis publicæ(23)vel constitutionis formam reductæ,(24)grauibus & grandibus rationibus persuasi asscribimus. (25) (22) (23) (24) (25)

(16)Si enim in rerum leuiorum inuentionibus & auctoribus perquirendis & demonstrandis tantoperè laborârunt *Polydorus Virgilius, Alexander Sardus, Alexander ab Alexandro, Ioannes Rosinus, Ianus Gruterus, Iustus Lipsius* aliique critici quàm plurimi, qui Romanarum antiquitatum hactenus diligentissimi extiterunt inquisitores, nequaquam à nobis committendum est, ait *Petr. Heig. l.1.q.3.n.3.* vt in hac re longè maximâ & præclarissimâ opera nostra possit desiderari. Nam vt rectè inquit *Simon Schardius in proœm. de elector. origin.* in rebus ad decus Imperij Germanici pertinentibus, cum aliæ complures sint dignæ liberalium ingeniorum cognitione, tum verò dignissima est inuestigatio historiæ de origine & institutione Principum Electorum. Si enim vel genealogiæ Illustris alicuius familiæ, vel originis præclaræ ciuitatis cognitio homini in rerum liberalium studio versanti conuenire putatur, quantò cognitio ordinationis Principum rerum patriarum studioso conuenientior honestiorque erit? Et siquidem inuestigatio præterquam quod pars est liberalioris eruditionis, & amorem erga patriam cum aliquâ virtutis laude coniunctum arguit, & debitam reuerentiam erga Principes ipsos alit, fouet, & auget, &c. (16)

(17)*l.4.od.9.* (17)

(18) Alij Carolo Magno, qui anno 769. *Erop. l. Lindelb. in vitâ Caroli M. Cyria. Spangenberg in chron. Saxon. c.86. & 116. Iordan. in chron. tit. qui Principes.* Alij Henrico I. qui anno 919. *Peucer. in chron.* Alij Henrico II. qui anno 1002. Nicolaus Cusan. l.3. c.4. de concord. Catholica Alij Chunrado II. qui anno 1093. *Theodor. à Niem in Nerone.* Alij Friderico II. qui anno 1210. & Gregorio X. *Auentin. l.5. annal. Bojor. p. m. 510. Onuph. Panuin. l. de comit. Imp. per tot.* à quâ opinione non alieni sunt *Carol. Molin. in præfat. consil. Paris. n.70. Ioann. Bodin. l.6. de Republ. c.5. Iacob. August. Thuan. l.2. histor. p. m. 101. Cyria. Spangenberg in Adelspiegel l.10. c.7.* Alij Rudolpho I. Illustrissimæ Domus Austriacæ fundatori qui anno 1273. regnare cœpit, adscribunt. Quorum omnium opiniones cum ex fundamentis sententiæ nostræ infra n. 25. concidant, & latius refutarit *Petr. Heig. l.1. q.3.* Illam verò *Auentini, Onuphrij Panuinij* & sequacium extorserint *Simon Schardius in tr. de elector. per totum* (18)

 & Biga

ledigten Gülischen Herrschafftenhabenden Rechten außgangen. 2. In Illustribus personis illa sinistra suspicio de voto captandæ mortis alienæ cessat. *Franc. Hotom. cons. 2. n. 48.* 3. Milites rectè ita paciscuntur, vt is, qui superuixerit, alterius rebus potiatur *l. licet 19. C. de pact. Roman. cons. 43. Obrecht de discipl. milit. lib. 8o5. & seq.* Principes verò Imperij Imperatori & Imperio semper dicuntur militare. *arg. l. 1 ff. de milit. test. l. 2. C. de domest. & protect. l. 12 c. vn. 2. F. F. 22. c. vn 2. F F 21. Andr. Knichen de Iure Territ. c. 1. n. 162. Reusn. in indiuid. 1. cons 3. n. 36.* 4. Quia illustrium eiusmodi personarum pacta ad pacem & tranquillitatem Imperij spectant, ne scilicet subditi vel inuitis vel ignoto Domino subijciantur, quæ solet esse occasio discordiarum, inuersionis & perditionis totius principatus. *Andr. Gail. l. 1. obs. 227.* 5. Quia ab Imperatore confirmantur. *Barth. Muscul de confrat. th. 27.* 6. Quia non omninò aufferunt facultatem testandi liberam, solent enim plerumque paciscentes certam bonorum quantitatem reseruare, de quibus testari possint. Cuius rei exempla exstant in confraternitatum pactionibus inter Duces Saxoniæ & Landtgrauios Hassiæ diuersis temporibus, vt mox dicemus, renouatis; Ibi enim personis vtrimque partis testandi vel quouis modo disponendi facultas vsque ad summam 10000. floren. aureorum Rhenensium reseruatur. Item inter Duces Saxoniæ & Marchiones Brandenburgenses hoc modo itidem paciscentes reseruant facultatem liberè testandi vsque ad summam 12000. aureorum: vti refert *Reusner. l. 1. cons. 3. n. 46.* 7. Accedit autoritas *Vdalrici Zasij* quod scilicet votum captandæ mortis aliis nationibus sit relinquendum, quasi apud Germanicam integritatem, etiam ipso *Bolegneto Italo* teste, parum cognitum. 8. Quia consuetudinibus & statutis huiusmodi pacta sunt munita, quæ adeo dicente *Petr. Heigio l. 1. qu. 23. n. 12.* inualuerunt moribus Germanorum, vt propemodum frustranea omnis de eo videatur dubitatio. Vid. *Iason. in l. licet 19. C. de pact. Vdalr. Zas. in l. 61. ff. de V. O. Ludolph. Schrad. cons. 19. n. 56. vol. 1. Roder. Suarez. in repetit. l. quoniam in prioribus ampl. 10. n. 13 & seq. C. de inoff. testam.* quod ipsum etiam vsu venire experientia ipsa tanquam rerum magistra, in Principibus non solum Germaniæ, sed aliorum regnorum & prouinciarum docet. Illustre huius rei exemplum refert *Ludou. Molin. cons. 17.* de Hassiæ Lãdtgrauijs & Comitibus Catzenelnbogensibus. Tale pactum inierunt quoque anno Christi 1262. *VVarem. ab Erenberg in medit. pro fœder. c. 2. n. 20.* (licet *Reusn. cons 3. n. 45. Fr. Hotom. Ingolstadiẽses & Louanienses I. Cti* referant ad annum 1373: reprehensi *à VVarem. ab Erenberg. d. l.*) Duces Saxoniæ, Marchiones Brandeburgici, & Landgrauij Hassiæ,

quod

quod Carolum IV. confirmâsse dicit *Lud. Molin. in addit. ad Philipp. Dec. conf. 516.* quod fuit renouatū anno M.CCCC.XXXIII. M.CCCC LVII. M.CCCC.LXXI. M.D.XXXVII. M.D.LV. M.D.L.XXXVII. & vltimò anno M.DC.XIV. mense Martio Nurnburgi in Thuringiâ. Simile pactum erexerunt Duces Saxoniæ & Principes Hennebergici anno M.D. LIV. quod Carolus V. confirmauit teste *Lud. Molin. in addit. ad Conf. Dec. 516.* Cuius confraternitatis effectus subsecutus fuit anno M.D.LXXXIII. vbi Principibus Hennebergicis extinctis comitatus Hennebergicus cum omnibus pertinentiis & regalibus, tanquam feudum Imperii ad Soxoniæ Duces translatus est. Eundem ad modum Brandeburgicus & Pomeranus pacti sunt, de quo pluribus agit *Dauid Chytræus in chron. p. 156. & 365. & seq.* Eodem iure vtuntur Duces Bauariæ & Comites Palatini, tum de legitimâ bonorum suæ gentis deficienti masculâ prole, tum etiam de electoriâ dignitate pacti sunt. *Ioann. Bodin. l. 1. de Repub. c. 2.* Item familia Austriæ & Bohemiæ. *Henric. Mutius l. 8. chron. German. Renat. Choppinus de doman. Franc. l. 2. t. 1. n. 8.* De Francisci Phileberti & Bessi Marchionum Messeranorum & Romagnanorum pactis successorijs testatur & latè agit *Iacob. Menoch. conf. 923.* Nec Galliam huius consuetudinis ignaram testes sunt *Andr. Tiraquell. de iure primogen. q. 7. n. 7. Iacob. Cuiac. ad l. 26. ff. de V. O.* De Regno Neapolitano constat ex *Fabio de Annâ conf. 2. l. 1.* (5) De his vt & reliquis modis peculiari discursu suo tempore acturi sumus. (6) Hic casus vnicus est, cum quæstionem grauem Politici mouent: *Vtrum Princeps aliquis Christianus iustè possit inferre bellum barbaris nationibus, à quibus nunquam ipse est læsus, & an illud Imperium sit legitimum, ac fundamentum regiminis habeat, quod eiusmodi inuasione ac bello acquiritur?* De quâ quæstione eleganter disputat *Iustus Lipsius l. 5. polit. c. 4.* & ex eo *Casmann. in polit. c. 8.* Nos hactenus iustum fore Imperium statuimus si eum ob causam inuadantur homines immanitate barbari, vt ad culturam, honestatem ac pietatem deducantur: iniustum verò, si libidine dominandi, atque adeo aucupio quodam gloriæ, ac propter vltionem vel vindictam aliquam priuatam magis, quam publicam, ac denique ob auaritiam. Et licet hæretici communiter omnes Imperium Hispanicum in Indos iniustum esse clamitent, quia pro scopo proposita fuerit à plerisque cò missis Præfectis & Legatis inexplebilis auaritia & non emendatio aut conuersio, sed euersio & vastatio istorum amplissimorum regnorum, & hanc ad rem vtantur testimonio *Barthol. Casai Episcopi Hispani in narrat. de regio. Indic. deuast. &c.* Tamen Catholici Christiani haud ignorant, historiæ quoque continuatâ serie abundè testantur,

testantur, Catholicissimos Hispaniarum Reges nunquam ductos fuisse nec duci dominandi, sed salutem animarum procurandi libidine, non auaritia auri, cuius apud hæreticos ratione deiectorum Episcopatuum, Abbatiarum, Monasteriorum, &c. vt alibi latius dicemus sacra fames, sed auaritiâ animarum, ex faucibus Diaboli eripiendarum, non aucupio gloriæ mundanæ & transituræ, sed æternæ & perennaturæ, nec deniq; vindictâ ab Indis, sed à communi hominum hoste, circumcursitante vt Leone & querente, quem deuoret, sumendâ: & hæc omnia felicissimè perfecit aut etiam perficit modernus Catholicissimus Rex, adiutus ope & operâ Patrum Societatis IESV, qui etiam proprio non pepercerunt nec nunc parcunt sanguini, sed pro salute animarum effundere paratissimi fuerunt, sunt & erunt: quod enim millia innumerabilia barbarorum ad veram & saluificam fidem côuerterint, & quod ex illis plurimi martyria passi sint, testantur historię & epistolæ à multis & diuersis scriptæ & iam dudum publicatæ, nec non illi, qui quotidiè

(7)(8) ex Indorum regnis redeunt (7) *in tract. nostris iuris duell. vniv.* (8) *l. 2. polit c. 4.*

(9) (9) Omnibus siquidem modis primi Imperatores Imperium in suâ domo firmare studuerunt, ob quod, si liberos genuinos non haberent, alios ad Imperium adoptârunt: sicuti Iulius Cæsar Augustum hæredem instituit, Augustus Tiberium adoptauit, hic vicissim Drusum, &c. Hinc hęredes *Seneca* vocat adminicula Augusti: *Suetonius* subsidia aulæ & consortes Imperij: *Plinius* subsidia dominationis. Rationem verò arcanam hanc habuerunt ne Principatus siue Regnum mortuo sine hærede Rege facilè in partes distraheretur, & in aliam Rempublic. mutaretur, vt testatus est *Aristoteles* & exempla sunt obuia in Alexandro Magno, Philippo Maria, Ioanna Regina Neapolitana aliisque *Arnold. Clapmar. de arcan. Rerump. l. 2 c. 21.*

(10) (10.) Grauissima est quæstio, necdum inter politicos decisa ait *Eberhardus à VVeihe scripto peculiari: An* scilicet *Monarchiæ & in speciè Imperio Romano magis conueniat successio, an verò electio?* Quam quæstionem disputationibus suis huc & illuc trahunt passim alij, vt videre est apud *Ioann. Marian. Hispan. de reg. & reg. instit l. 1 c. 3. Marsil. Patau. in defens. pacis l. 1. c. 9 & 16. Machiauell. l. 1. c. 20. discurs. Bodin. l. 6. de Rep. c. 5. & Meth. hist. c. 9. Iust. Lips. 2. polit 4. & monit. polit. l. 2. c. 3. & 4. Ioann. Casus l. 2. Sphæra ciuit. c. 11. q. 2. Iacob. Alemann in palæstra consult. c. 4. Lel. Zechium l. 1 polit. c. 3. n. 1. & 2. Herm. Kirchn. orat. 11. & seq. & disp. 4. de Republ. th. 2 lit. T.* & alios infinitos. Pro electione (quæ in Imperio Romano hactenus viguit, & adhuc viget, & quæ vnicum illud & adamantinum vinculum, quo qualescunque illæ Imperij nostri reliquię & feno-lutei pedes vtrumque cô-

tinen-

tinentur, & à dissolutione & ruina hactenus conseruantur, vt de Aureâ Bullâ Caroli IV. in simili scibit *Marquard. Freckerus in orat. 2. de prop. Gubern. Friderici IV. p. 51.*) faciunt sequentes rationes. 1. Quia principatus in populos non sanguini deferendus est, sed vitæ. c. *Moyses 6. c. 8. qu. 1.* Et ipsa natura docet, inquit *Bodin. l. 6. de Republ. c. 4.* dignissimo cuique imperium tribuendum esse, & talem electio inuenit

——— Quem mutua virtus
Legit———
Iudicio pulchram seriem non sanguine ducens.

Nasci enim & generari à Principibus fortuitum, nec vltra æstimatur ait *Cornel. Tacit. l. 1. histor.* & sic in successione quemcumque & cuiuscumque conditionis siue Imperij nasci nobis contigerit, admittere cogemur. ait *Petr. Gregor. Tholos. l. 7. de Rep. c. 15. n. 1.* & *Cas. l. 3. Sphær. ciuit. c. 12. q. 2.* virtus, inquit, semper certior, dux quàm natura, quæ nulla stirpis habita ratione sua partitur dona. Hinc Antigonus II. apud *Plutarch. in ap ph.* adolescenti qui non admodum bonus videbatur miles, natus tamen erat patre viro forti stipendium paternum postulanti, ego, inquit, mi adolescens mercedem & munera dare propriæ, non paternæ virtutis causa dignis soleo. Et Alexander Magnus interrogatus in agone nũ fratrem vel filium Herculem sibi successorem, aut alium quempiam vellet, respondit, dignissimum mihi successorem opto. *Iustin. l. 15. hist.* & Chunradus I. Imp. admiratione virtutis & sapientiæ Henrici Aucupis quamuis inimici ductus, ad eum Imperium deferri iussit. *Peucer. l. 4. chron. in Chunrado.* 2. Electio successione naturâ prior & antiquior *Arist. 4. polit. c. 11.* non enim potuit esse successio, nisi in locũ eius, qui primitus fuit electus. Quia enim primi illi Heroës meritis & beneficiis populũ afficiebant, aut augendis & amplificandis finibus, aut virtute bellicâ, aut conciliatâ inter se hominũ communione & societate, aut inuẽtione artium, hi Reges lubenti & gratiâ ciuium sententiâ creabantur, ac tandem velut hereditario & patrio iure continuabantur. *Arist. 3. polit. 10. & 5. polit. 10.* 3. Virtutis campum aperit electio latissimũ: cum enim plurimi videant, virtute præditos ad principatum euehi, sub principatus tanquã opimioris præmij spe ardentius virtutibus certant. 4. Nasci potest mentis inops, nec tamen repudiari. Vnde Lysandri consiliũ cõsulẽtis, vt nõ proximior sed magis idoneus in regno succederet, reiectũ fuit. *Plut. in Lys. and.* & Anaxãdrades Regis Spartiatarũ Cleomenes, etsi nõ videretur mẽtis cõpos, prælatus est, tanquã maior natu fratribus. *Herod l. 1.* Inops verò mẽtis & simplicior eligi nõ solet, cũ .n. ille prodest nihil, loquor verbis *Euripid. apud Plut. cõsol. ad Apol.* orbi decet emori

emori & facessere, dareque locum efflorescenti puberi. 5. Regis ætas infirma Reipubl. noxia nec proficua: nam

——Tenero tractari pectore, nescit
Publica Majestas.

Hinc Senator quidam apud *Vopiscum in Tacito*: Dij auertant, inquit, Principes pueros & Patres patriæ dici impuberes: & quibus ad subscribendum magistri litterarij manus teneant: Quæ, malum, ratio est, habere Imperatorem, qui famam curare non nouerit? qui quid sit Respubl. nesciat, nutritorem timeat; respiciat ad nutricem, manuum magistralium ictibus tenorique subiaceat, faciat eos Consules, Duces, Iudices, quorum vitas, merita, ætates, familias, gesta non norit? Videatur, si placet *Bernar. de Girard. tr. de l'Estat de France l. 2 f. 53. 54. 57. 91. 104. & 166.* In successorio verò regno puer non rarò esse potest, in electitio nunquam. 6. Nasci malus potest: in Heroicis siquidem familiis rariùs dona insignia, quæ ad tuendam Imperij dignitatem requiruntur, continuantur: nam

————Virtus
Haud sata stirpe venit——
Æquat rarò patrem soboles, sed plurimi ab illis
Degenerant: paucis superant probitate parentem.

Quin imò quasi Fato quodam neminem propè Magnorum virorum optimum & vtilem filium reliquisse putat *Spartian. in Seuero.*

Ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα.
Heroum filij noxæ.

Quò enim familia diuturnior, eò peior est,

——Si gens est ampla vetusq;
Multa etiam scelera & clades sectantur eandem,
——Regnant cædes, occulta venena,
Inuidia ac stupra——

Et familiarum ac liberorum fœlix status rarissimè vltra trinepotes durat, vt ratiocinatur *Peucer. de diuinat. gener. fol. 35.* Cuius rei rationes indagant *Estienne Pasquier 2. Epist. p. 64. Gregor. Richter axiom. œcon. 14.* Nec desunt exempla: vsu compertum est, ait *Albert. Krantz. l. 2 Suecia c. 32.* Romano Imperio non feliciter euenire successionem. Vnus Vespatianus Titum filium suæ imitatorem virtutis habuit: mox Domitianus deflexit: Marcus Antoninus nullum vnquam Reipubl. tulit incõmodum, quod Commodum filium reliquit: Seuerus Caracallam fratricidam post se in Imperio habuit, &c. Eligi non æquè malus solet: siquidem tot oculis spectata electio, tot insinuata sensibus, tot insuper in

in tuto locata manibus, vt *Imperator* loquitur *in l. 8. in f. C. qui testam. fac. poss.* locum insidijs vllum non relinquet. 7. Electione libertas Reipubl. magis stabiliri potest; conditiones enim & capitulationes Principibus præscribuntur, in quas oportet eos consentire, si velint Reges esse, & ideo minus contra regni vtilitatem quid moliri, eiusque dominatum ad se suosque pertrahere, aut subditos nimium affligere poterunt. 8. Is qui succedit, cogitat, coactos fuisse subditos, vt hunc, & non alium Regem ferãt: Electus verò haut ignorat, se magis esse Regno obligatũ, ad quod assumptus est: nã quia in electione plures sunt, qui ambiunt, quod & ipsa vox electionis indicat; eligere enim est, ex multis vnum legere: ideo nouit se regnũ ambiuisse, & quęsiuisse, & non tàm citò eo insolentiæ deuenire solet & potest, vt quicquid infra suam fortunã est, vilissimam quasi rem mancipi tractet. 9. Electus facilius potest moneri & moueri: qui nascitur à Regibus, propter insitam insolentiam, admonitionem non admittit: suã quippe Origine indignum se pati existimat, vilioris subijci homini, ad monitioni. 10. Quia qui paruit aliquando, melius imperat, quàm qui non. Nam qui in purpurâ natus, in delitijs educatus fuit, & tàm rerum afflictarum, quàm politicæ æqualitatis ac libertatis inexpertus est, vnde sciat, quomodo erga Principes affecti sint subditi, quidue sibi ab ijs fieri velint? Sæpè in proprio regno captiuis assimiles sunt eiusmodi Principes, domi clausi sũt, vera nõ noscunt coguntur hoc tantum scire, quod alij loquuntur, nemo illis in ipsamet illorum patriâ magis peregrinus est. Demum mancipij instar, bonus, cautus, optimus venditur Imperator. *Vopiscus in Aureliano.* Vnde *Plinius ad Trajanum in panegyrico.* Quam vtile est ad vsum secundorum per aduersa venisse: vixisti nobiscum, periclitatus es, tenuisti: scis & expertus es, quantopere detestentur malos Principes; etiam qui malos faciunt: meministi quem optare nobiscum, quæ sis queri solitus. 11. Facit, quod electio obtineat hodie in Romano Germanico Imperio, Regnis Danico, Sueuico, Polonico. Videatur Catalogus Regnorum electitiorum apud *Vincent. Cabot. l. 1. d. 8.* 12. In regno electitio defuncto Rege absque metu loquendi reuiuiscit libertas: nec defraudatur posteritas veracioris luce historiæ. Filius enim in regno successorio patris iniuriam suam reputat; id quod monuit filium Henricum *Iacobus modernus Britanniæ Rex l. 2. Instit. Reg. fol. 33.* Ne patiaris, inquiens, Principibus parentibus tuis aliquam labeculam aspergi: ingenuè hoc fatendum est, omnes nos nostris vitijs laborare: quæ tamen tecum & cum DEO priuatim meditando, tibi ipsi vsui & exemplo ad vitæ emendationem potius esse debent, quàm aliorum vt

 sermo-

sermonibus materiam præbeant, &c. 13. Incommoda electionis quæ occurrunt, vt sunt interregnum & digladiatio de controuersa electione successioni non desunt. Quanta enim sint incommoda, si Princeps annis minor ad Imperium vocatur, & status regni regnant, intelligi potest ex querela Hospitalij apud *Iacob. Aug. Thuan. l. 37. hist. f. 781.* De incommodis, quibus affligitur regnum pluralitate hæredum, & fœminarum cum agnatis controuersia, videatur *Matth. Vbener. in metamorph. Rerumpubl. c. 9.* In perfectionibus autem regnum electiuũ concomitantibus sapiens legislatio, electorumq; prudens constitutio medicinam adferre potest. Quod nõ tàm facile in successorio fieri potest: sæpissimè enim non obstante successoriâ vel mouente naturæ lege filij in annos patrios inquirunt: Videantur *Iust. Lipsl. l. 2. monitor. polit. c. 5. & Camerar. l. 1. horar. succis. c. 88.* Hactenus pro electione: pro successione vltra viginti rationes in nostris locis communibus habemus, quarum enûmeratione hic supersedemus, in alium discursum, quem de Regiâ successione edituri sumus, eas reijcientes. Pro conciliatione quæstionis vanè respondere conantur Politici. *Barthol. Keckerm l. 1. syst. polit. c. 4. p. m. 114.* distinguit inter Monarchiam simplicem, in quâ merè absolutum est Imperium & inter Monarchiam imperfectam, in quâ non est Imperium merè absolutum. Priori casu successionem putat præferendam, posteriori electionem. Alij electionem tutiorem, successionẽ propter ingenitum subditis erga prolem Regiam amorem stabiliorem. *Nos* in thesi præstantiorem sui naturâ electionem definimus, modò confusio, vitia, & abusus alii legibus uitentur. In turbata autem Republ. vbi leges non sufficiunt, aut vbi non sunt idonei optimates, firmiorem & tutiorem successionem. In hypothesi verò diuturnus vsus obseruandus est omninò, quippe in suo quæ statu eademq; se manent, plus Reip. vtilia sunt iis, quæ vel meliora per innouationem inducuntur. Videatur *Bodin. l. 6. de Republ. c. 5.* Nec facilè ex regno successiuo electitium facere velle tentandũ est. Quò respicit *Ian de Serres en l'inuentaire de l'histor. de France tom. 1. fol. 358.* cum de Reipubl. conuersione, quæ extinctâ Carolinâ familiâ in Germaniâ & Galliis est facta, in sequẽtia scribit: Les François n'estoient pas en moindre pouuoir que les Alemans pour faire vne Republique Electiue; mais leur humeur les reporta à ceste Royauté hereditaire: sans laquelle ils ne pourroyent subsister.

II.

Fundatur igitur Imperium Romano-Germanicum electione

ctione personæ ad id regendum idoneæ. Quæ electio (11) (11)
definitur ius moribus(12)introductum,legeque publicâ in- (12)
formatum& confirmatum,(13)collegio Septem virali com- (13)
petens, quo spretâ successione scitis & vocibus liberis in
publico conuentu legitimo modo conuocato Imperio Romano caput eligitur.

(11) *Gregor. Turonens. & Aimon.* electionem vsurpârunt pro eleuatione & approbatione siue consensu: sed imperitè vt ex *Claudio Facnetio l.1. de magistr. Franc.* notat *Henn. Armsa. l. 2. relect. polit. 2. num. 55. & seq.* Ad multa alia quoque electio se habet, vt notat *Rofredus in summ. de elect. §. 1. in princ.* Nos accipimus vt in definitione. (11)

(12) Videatur *infra memb.1.concl.5.* vbi de primâ collegij septemuiralis origine. (12)

(13) Primùm rebus ita postulantibus, *vid. Petr. Heig. l.1. qq. q.3. num. 73.* per Ludouicum IV. Imperator. *Cuspin. in eius vita Auentin. l. 8. p. m. 395.* deinde in certam formam vnanimi omnium consensu per Carolum IV. in auream bullam redactum, ingenti cum Reipublic. vtilitate. De quâ *Nicol. Reusn. cons. 11. n. 20. lib. 1.* ita dicit: hac salutem dignitatemque totius Imperij contineri. Et *Peucer. lib. 5. chron. in Carolo IV.* Fuit hactenus, ait, aurea Bulla pacis publicæ neruus firmissimus: & *Marquard. Freher. in 2. orat. de prop. Gubern. Frider. IV. p. 51* Et profectò, inquit, quod omnes intelligentes facilè fatebuntur, aurea illa Bulla Carolina verè est aureum illud & adamantinum vinculum, quo qualescunque hæ Imperij Romani reliquiæ, illique feno lutei pedes vtrumque continentur, & à dissolutione & ruinâ adhuc conseruantur. (13)

III.

Electionem hoc modo sumtam & definitam *Onuphrius Panuinius & Tobias* P*aurmeisterus*(14) faciunt duplicem, a- (14)
liam omninò liberam, aliam quasi coactam(15) Nos diuidi- (15)
dimus in ordinariam, quādo mortuo aut deposito Imperatore Electores ad electionem Regis Roman. legitimo modo accedūt: & extraordinariā, quando extra ordinē quandoq;

 susci-

fuisse.(22)Nos nullius vel Pontificis vel Imperatoris decreto primam originem Electorum; sed moribus & antiquæ consuetudini, postea in legis publicæ(23)vel constitutionis formam reductæ,(24)grauibus & grandibus rationibus persuasi asscribimus. (25) (22) (23) (24) (25)

(16)Si enim in rerum leuiorum inuentionibus & auctoribus perquirendis & demonstrandis tantoperè laborârunt *Polydorus Virgilius, Alexander Sardus, Alexander ab Alexandro, Ioannes Rosinus, Ianus Gruterus, Iustus Lipsius* alijque critici quàm plurimi, qui Romanarum antiquitatum hactenus diligentissimi extiterunt inquisitores, nequaquam à nobis committendum est, ait *Petr. Heig. l.1.q.3.n.3.* vt in hac re longè maximâ & præclarissimâ opera nostra possit desiderari. Nam vt rectè inquit *Simon Schardius in proœm. de elector. origin.* in rebus ad decus Imperij Germanici pertinentibus, cum aliæ complures sint dignæ liberalium ingeniorum cognitione, tum verò dignissima est inuestigatio historiæ de origine & institutione Principum Electorum. Si enim vel genealogiæ Illustris alicuius familiæ, vel originis præclaræ ciuitatis cognitio homini in rerum liberalium studio versanti conuenire putatur, quãtò cognitio ordinationis Principum rerum patriarum studioso conuenientior honestiorque erit? Et siquidem inuestigatio præterquam quod pars est liberalioris eruditionis, & amorem erga patriam cum aliquâ virtutis laude coniunctum arguit, & debitam reuerentiam erga Principes ipsos alit, fouet, & auget, &c. (16)

(17)*l.4.od.9.* (17)

(18) Alij Carolo Magno, qui anno 769. *Eropol. Lindelb. in vitâ Caroli M. Cyria. Spangenberg in chron. Saxon. c.86. & 116. Iordan. in chron. tit. qui Principes.* Alij Henrico I. qui anno 919. *Peucer. in chron.* Alij Henrico II. qui anno 1002. Nicolaus Cusan. l.3. c.4. de concord. Catholica. Alij Chunrado II. qui anno 1093. *Theodor. à Niem in Nerone.* Alij Friderico II. qui anno 1210. & Gregorio X. *Auentin. l.5. annal. Bojor. p. m. 510. Onuph. Panuin. l. de comit. Imp. per tot.* à quâ opinione non alieni sunt *Carol. Molin. in præfat. consil. Paris. n.70. Ioann. Bodin. l.6. de Republ. c.5. Iacob. August. Thuan. l.2. histor. p. m. 101. Cyria. Spangenberg in Adelspiegel l.10. c.7.* Alij Rudolpho I. Illustrissimæ Domus Austriacæ fundatori qui anno 1273. regnare cœpit, adscribunt. Quorum omnium opiniones cum ex fundamentis sententiæ nostræ infra n. 25. concidant, & latius refutarit *Petr. Heig. l.1. q.3.* Illam verò *Auentini, Onuphrij Panuinij* & sequacium extorserint *Simon Schardius in tr. de elector. per totum* (18)

 & Biga.

adſerunt. *Nicol. Serrar. Cæſar Baron. Lancell. Ludou. Molina Onuphr. Panuin. citatis in locis* quibus addi poſſunt, *Thomas de Aquino de Reg. Princip. c. 18. & 19. Camill. Borell. de præſtant. Regis Cathol. c. 58 n. 6. Card. Iacobat. tr. de concil. l. 10. art. 8. n. 12. Marq. Suſannias tr. de cœlib. ſacerd. non abrog. p. 1. c. 2 n. 15. & ſeqq. vſque ad finem Maria Neapolitan. de iuriſd. p. 4. caſ. 197. n. 4 & ſeq. Franc. Vagas de auth. Pontif. confirm. 10. n. 12. Ioann. de Capiſtro de author. Papæ p. 2. ſecunda princ. ipal. n 128. Fulu. Pacian. de probat. l. 2. c. 35. num 39.* Mouentur ſequentibus rationibus, I. Teſtificationibus ipſorum Electorum, ab ipſiſmet ſcriptis, prolatis, ſubſcriptis & obſignatis. Extant enim literæ Marchionis Brandenburgenſis vnius ex Electoribus datæ anno 1279. pridie Idus Septembr. anno 6. Rudolphi Imp. Aliæ Ioannis & Adelberti Ducum Saxoniæ eodem titulo, dataque eodem anno die verò & menſe diuerſo, nempe XIV. Kalendas Aprilis. Aliæ Ludouici Comitis Palatini Rheni eadem die datæ & anno. Has poſteriores verbotenus retulit *Cæſar Baronius tomo 10. Annal. Eccleſiaſt. anni 996. §. 45.* reliquæ afferrantur ſeorſum (vt idem *Baronius* teſtatur. & §. 49. in fine promittit, ſi ſit, qui dubitet, curare velit, vt liberaliter, quo benè conſultum ſit veritati, oſtenduntur) à Vaticanâ Bibliothecâ Romæ in Caſtelli S. Angeli loco tutiori, vbi ſelecta maioris momenti monumenta recondita habentur, ne pereant. II. Literis Imperatoriis, quæ eodem Codice continentur. Sunt iſtæ poſt annos 24. datæ ab Alberto Imp. quibus deſcribitur iuramentum fidelitatis ab eo exhibitum Bonifacio VIII. Romano Pontifici, & continetur confirmatio & ratificatio priuilegiorum omnium per alios prædeceſſores Impp. Eccleſiæ Rom. conceſſorum. Summam earum, ea vero, quæ ad rem noſtram ſpectant, totidem verbis & ſyllabis reddit *Cæſar Baron. d. l. § 47. & duobus ſeq.* Aduerſarij noſtri nominatim inuehuntur hic Illuſtriſſimum noſtrum Cardinal. Cæſarem Baron. quaſi ſæpè allegauerit ſcripta authorum ſuppoſititia, vel etiam quę nunquam ab vllo viſa ſint. Nos illorum calumniis non obſtantibus haut ignoramus, quantum fidei Baronio noſtro tribuendum ſit; tantum ſcilicet, vt credamus, illum ne verbũ quidem protuliſſe, quod ipſe non viderit aut legerit, & miramur, quod ſuis autoribus, vti ſunt *Henricus Goldaſtus ab Haiminsfeld, Marquardus Freherus, Andr. Knichen, Tobias Paurmeiſter, VVaremũd. de Erenbergk, Frideric. Hortleuerus*, & aliis qui non ſolum citârunt, verũ etiã ediderunt plurima ex archiuis, vt perhibent, Principũ & veterum bibliothecarũ deprompta, tantã fidẽ adhibent, & obnixè contẽdunt, vt ipſis credamus, nec vllã aliam rationẽ proferre poſſunt, quã hanc, quod ipſimet ſcilicet viderint, legerint, adeoq; teſtes ſint oculati; quare ergo nobis

cit: Vnde illis Principibus, *ait*, ius & potestatem eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promouendum recognoscimus (vt debemus) ad quos de iure & *antiqua consuetudine* cognoscitur pertinere, &c. *Ioh. Paurm. de iurisd. Imp. Rom. l.2.c.2.n.38. Georg. Schonborner l.5. polit. c.32. Henning. Arnisæus l.1. polit. c.8.* 2. Carolus IV. nullam sanctionis prædecessorum, quod proculdubio, si extitisset, non prætermisisset, sed consuetudinis saltem, vel vsus longæui, quo ius electionis introductum sit, fecit mentionem. *Aure. Bull. tit. 1. in pr.* Et Principes Electores ad electionem huiusmodi iuxta *antiquam & laudabilem consuetudinem* (Von alter vnd gutter gewonheit habet textus Germanicus) habuerint proficisci &c. *& tit. 2. § 5.* & quia de *antiquâ, approbatâ & laudabili consuetudine*, vñ dieweil võ alter/gutter vñ löblicher gewonheit/ ꝛc. *& tit. 4. §. 2.* sicut potestatem habuisse dignoscitur *ab antiquo* &c. *& §. 3.* sicut inuenimus *hactenus* competiisse. *& tit. 5. §. 3.* & quamuis Imperator siue Rex Romanorum super causis, pro quibus impetitus fuerit, habeat, sicut & *consuetudine* introductum dicitur, coram comite Palatino Rheni &c. respondere &c. *& tit. 9. §. 2.* sicut hoc *antiquâ laudabili & approbatâ consuetudine diuturnique & longissimi temporis cursu præscriptâ* noscitur obseruatum. Si igitur, vt *Bulla aurea* tot in locis asserit, iuxta *antiquam & laudabilem consuetudinem*, non vtique constitutioni id tribui poterit: hæc enim vt pars iuris scripti consuetudini opponi solet. §. *constat. autem I. de I. N. G. & C.* 3. A communi auocat nos magnus historicorum dissensus quem collegimus *superius nu. 18.* 4. Accedit authoritas eorum, qui cum Imperatorum electionem accuratè describant, nec tamen reliquos Principes ab electione excludant. *VVippo in vitâ Chunradi Salici c. de elect. Regis fol. 424.* Inter Moguntiæ, *inquit*, confinia & Wormatiæ locus est, amplitudine planitiei causâ, multitudinis maximæ receptibilis. ibi dum conuenissent cuncti optimates, & vt ita dicã, vires & viscera regni, eis & circa Rhenum castra locabant. Quæritur de re summâ, dubitatur de electione incerta: inter spem & metum suspẽsi, alterna desideria cum inuicem cognati, tùm inter se familiares, diutissimè explorabant. Cum diu certaretur, quis regnare deberet, inter multos electi pauci. & de paucis admodum, duo sunt sequestrati; in quibus examen extremum summorum virorum, summâ diligentiâ diu deliberatum, in vnitatis puncto tandem quieuit. Erant duo Chunones &c. In maiore Chunone & Iuniore diu reliqua nobilitas pendebat, ad extremum verò diuinâ prouidentiâ contingit, vt ipsi inter se conuenirent, vt si quem illorum maior pars populi laudaret, alter eidem cederet sine morâ &c. *& paulo post*: Maiorem Chunonem, Patruelem suum,

 ita

Paulò poſt.

Sic vbi mellıflua, quiſquis fuit ille diſertus,
Voce perorauit concordi protinus omnes
Aſſensêre ſono, &c.

5. Mouet, quod tempore Ottonis III. nondum fuerit Rex Bohemiæ, vt qui ſub Friderico I. demum cœpit: De Bohemiæ Rege ſeu Duce priorum temporum geſta non ferunt, ait *Petr. Heig. q. 3. n. 47. l. 8.* illum ſtatim alijs applicari, bella enim inter Impp. Romanos & Bohemiæ Duces toties renouata oſtendunt, non adeo firmiter Bohemiam cum Imperio ſuperioribus ſæculis coaluiſſe. Addatur *Æneas Sylutus c. 20. in Bohemiâ Dubrauius l. 18. hiſtor. Bohem. Ciſner. in orat. de Ottone III.* 6. Quia ante Ottonem III. Electores Imperij fuerunt; ſi Henricus Auceps anno Chriſti 920. (rectius ad annum 919. referunt *Cæſar Baro. tom. 10. annal. Eccleſ. illo anno & Iacob. Gordon. in chronol. illius anni*) Friſlariæ in conuentu Principum Franconiæ à Moguntino & Saxoniæ Duce. *Peucer l. 4. chron. fol. 468.* Otto I. ab ordinibus Imperij Francon. & Saxon. anno 936. confer *Baron. add. ann. §. 2.* Otto II. wormatiæ anno Chriſti 961. à regni proceribus, & Otto III. ipſe à Principibus & Epiſcopis anno Chriſti 984. Electi ſunt. Es ſey gewiß darfür zuhalten / daß zur zeit Keiſers Otten deß dritten albereit Electores Imperij geweſen/ ait & concludit der gründtliche bericht vonn allen vnnd jeden der Keyſer vnnd Freyen Reichsſtädt Standt/ Regalien/ rc. Wie vnnd welcher geſtalt dieſelbe befreyet/ rc. *p. 1. quaſt. 2. num. 8.* vbi idem Iuris-Conſultorum teſtimonijs probatur. 7. Facit, quod Electores primi non ſemper fuerint Prælati & Principes laici ex illis domibus & familijs, ex quibus à temporibus Caroli Quarti. Siquidem in actis Concilij Lugdunenſis, quod habitum fuit tempore Innocentij Papæ IV. anno 1245. *titulo de electionibus* alij ſeptem nominantur: Laici Auſtriæ, Bauariæ, Saxonum & Brabantiæ, qui & Louaniæ, Duces: Prælati principales Archiepiſcopi Colonienſis, Moguntinus, Salsburgenſis. *Cæſar Baronius ad annum 996. Matthæ. Pariſienſ. Monachus S. Albani in Anglia hiſtor. Anglicanâ ſub Henrico III. fol. 655.* 8. Inſuper accedit, quod Septemviri Imperij ius eligendique poteſtatem ita habuerint, vt tamen cogerentur eum eligere, quem Principes communibus ſuffragijs prætaxaſſent, id eſt, prænominâſſent. *Albertus Stadenſis ſub anno Domini 1240.* Quod idem nos docet *Auctor Speculi Saxonici Ecco de Repkaw libr. tertio, articulo quinquageſimo ſeptimo*, qui ita ſcribit: An deß Keyſers Wahl ſoll der erſt ſein der Biſchoff vonn Mentz / der ander / der Biſchoff vonn Trier/

vnnd der dritt der Bischoff von Cöln. Vnter den leyen Fürsten ist der erste an der Wahl der Pfaltzgraff beim Rhein/deß Reichs Truckfäß/der ander der Hertzog von Sachsen/deß Reichs Marschalck/der dritte der Marggraff von Brandenburg/deß Reichs Kämmerer/der vierdte der Schenck des Reichs/daß ist der König von Böhem. Vnd also Kiesen jhn des Reichs Fürsten beide Pfaffen vnd Leyhen. Die aber zu dem ersten in der Wahl benant sein/die sollen nicht wöhlen nach jhren mutwillen/wenn sie wellen/sondern welchē die Fürsten alle zu einem König erwöhlen/den solln sie auffs allererst bey namen nennen vnd Kiesen. In eandem sententiam, & *in* Landt vnd Lehnrecht *siue Speculo Sueuorum l.1.c.29.§.4.* legimus ordinatum: Sie sollen daraeuf bietten (Moguntinus scilicet & Palatinus) In dem gespräch jhren gesellen (id est coëlectoribus) die mit jhnen da wöhlen sollent/darnach den andern Fürsten/als viel sie jhr gehaben mogen. *Quod & firmat* Weichbildt *siue ius Municipale art.13. & 14. vt & ius Saxonum feudale c.4.* 9. Non facilè credendum, Germaniæ & Italiæ Principes, qui omnes Imperatores initio eligere consueuerunt, permissuros fuisse, ius dandæ electionis expressâ aliquâ constitutione ipsis eripi, Arte itaque & latenti inuisibilique consuetudine (hanc enim naturam eius esse docet, luculennter *Franc.Connan.l.1.comm.10.nu.5*) Electorum iura paulatim primitus, dehinc viribus assumptis excludendo cæteros Principes alijsque familijs potentioribus iniuriâ temporis premortuis Septemviris proprio iure acquisita sunt: Æquioribus quippe animis ait Bodin.*l.2.de Republ.c.16.* homines vsurpatione tacitâ quadam quam expressâ lege sibi adimi patiuntur, nec enim initia percipiuntur, & non nisi conuersione secutâ percipiuntur. Et tantum de origine prima Electoralis collegij.

V I.

(26) Constat autem collegium Septemuirale (26) quod post
(27) Imperatorem & Regem Romanorum locum obtinet glo-
(28) riosissimum (27) Principibus Imperij (28) septem (29) tri-
(29)
(30) bus Ecclesiasticis, quatuor secularibus (30)

(26) (26) Olim quoque in regnis & rebus publicis clarioribus non tantum senatus diligentissima ratio habita fuit, quomodo in colligendis suffragiis tutò procederetur sed & præter Senatum sanctius quoddam consilium placuit creari *Claud.Scysell.de Republ.Gall.r.l.1.Ioan.Bodin.l.3.de Republ.c.1.* Sic Apud Lacedæmonios Regibus Ephori adiungebantur: his *Albin. de familia VVitikindi* comparat septemuiros, & apud Hetruscos Lecamones. *Albin.d.l.* Sic Romani inter reges constituerunt,

tuerunt, qui Regem eligerent. *Dionys. Halicarn. l. 2. & 4.* videatur *Ioan. Rosin. l. 7. Antiq. Roman. c. 16.* Magnus etiam antiquitus Primorum vsus. *Cornel. Tacit. l. 4.* Magna eorum apud Venetos potestas, ex ijs etiā Dux creatur. *Caspar Conturen. l. 3. de Republ. Venetor.* Hispani illos vocant Los grandes. Galli Ordines Regni. Inter quos præcipui sunt Pares, quorum numero sunt XII. videlicet VI. Laici. 1. Henricus Borbonius Princeps Condæus, qui in locum Burgundionis constitutus: 2. Carolus Borbonius Comes Suessonius: 3. Henricus Borbonius Dux Montpensierius in locum Ducis Normandiæ: 4. Ludouicus Aurelianus Dux Longouallíæ loco Comitis Flandriæ: 5. Henricus Guisius Dux Lotharingus: 6. Franciscus Gongaza Dux Niuernensis pro Comite Campaniæ. Ecclesiastici itidem sex sunt: 1. Carolus Lotharingus Archiepiscopus Rhemensis: 2. Nicolaus de Pantor. Episcopus Lingenensis: 3. Ioannes de Pontigny Episcopus Langerensis: 4. Nicolaus Lotierus Episcopus Bellouacus: 5. Petrus Hautmontius Nouiodunnensis: 6. Ludouicus Forget Catalaunus. Et hi iudicant reliquos Principes ac sententiam pronuntiant in criminibus capitalibus, si quis ex illis aut præcipuis Officiariis criminis alicuius reus repertus videatur *Fr. Hotom. in Francogalliâ c. 17. & Ioann. Tilius de rebus Gallicis l. 2. tit. de Paribus Galliæ.*

(27) Horum Electorum tanta dignitas est, vt eos *Carolus 4. Imp. in Aureâ Bullâ* palmites Imperiales, septem Candelabra lucentia in vnitate Spiritus septiformis, quibus sacrum illuminari debeat Imperium, columnas & latera solidasque bases Imperij & propinquiora Cæsaris membra appellet, quæ velut columnæ sacrum ædificium circumspectæ prudentię solerti pietate sustentent, quarum præsidio, dextera Imperialis roboretur, quarum prudentia orbi fluctuanti subueniatur. *A. B. Caroli IV. in pr. & c. 2. §. & quia & c. 3. in pr. c. 12. c. 24. c. 26. §. cum sacri & c. vlt. Carolus* ait: Illustrissimos Electores plurimorum necessitatibus reuelandis Cæsareæ sublimitati sic assistere, vt in partem sollicitudiuis constituti reperiantur. Hinc Præfectis Prætorio, sicut reliqui Principes & Comites Præsidibus prouinciarum. *Henric. Bocer. c. 3. de regal. n. 212.* & Regibus comparantur. *VVarem. de Erenbergk meditam pro fœder. l. 1. c. 2. n. 147. Daniel Moller. l. 1. semestr. c. 40. n. 1.* sit lanè, ait *Simon Schardius in proœm. de Elector. instit.* Principum & Regum aliorum dignitas magna: hæc verò tantò maior augustiorque est, quanti Imperiali fastigio propior eiusque quasi legitima & ordinata creatrix esse videtur &c. Quo referēda verba *illius decreti Cæsarei de dato 27. Iulij anno 1590.* quod se vidisse scribit *Henning. Brunsng. de var. vniuersit.* (27)



speci eb. concl. 10. lit. B. Daß der Churfürsten Hochheit vnnd authoritet mit eines Römischen Keysers gewalt vnd hocheit / daher sie auch fleust / dermassen verbunden / das eine ohne die andern nicht verschmelert werden / auch ohne die anderen nicht bestehen kan / ja daß die höchste würde der Churfürsten / damit sie für andern Königen vnnd Potentaten gezieret / eben diese ist / das sie einen Römischen Keyser / dessen hocheit / authoritet vnd gewalt alle andere vbertrifft / von der auch alle andere herfleust / zuwehlen hat. Vnde Electores principales Imperij columnas & summâ dignitate pollentes vocat *Barbat. in tractat. de praestant. Cardinal. in 1. quaest. 1. p. num. 4. & 47. Henning. Goden. cons. 1. n. 10.* Videatur *Ventura de Valentiis in parthen. litig. l. 2. c. 3. n. 18. & Simon Schardius in praefat. de Elector. inst. Petrus Heig. p. 1 q. 3.*

(28) (28) Hoc nomen plerisque hodie statibus commune mansit, ob vetus ius electionis omnibus commune, inde enim Principes Imperii appellatos fuisse, & nomen hodie retinuisse dicit *Onuphr. Panuin. de comit. Imper. cap. 6. numer. 6.* Electores verò καθ᾽ ἐξοχὴν ita saepè absolutè dicuntur tam historicis quam Iuris consultis. *Simon. Schardius cap. 6. de Elector.* In *Aureâ Bullâ* ab officio quod sustinenti additur Electorum nomen, ad reliquorum differentiam. Electionariorum voce vtitur *Baldus in l. bene à Zenone C. de quadrienn. praescript.* Officiales indigitat *Abbas Vrspergensis in desc. com. Phil. Sueui.*

(29) (29) Cur septenarius numerus sit electus non vna omnium est sententia. 1. An vt maior pars suspicatur, in constituendo Electorum numero ad perfectionem septenarii respectum fuisse dicamus. ita *Andr. Knichen de jur. Saxon. non prouoc. cap. 3. verb Electorum fol. m. 24. Anton. Maria Corat. tract. de comm. opin l. 1. tit. 3. Petr. Dominicus de Magdalenis de num. test. in testam requisit. p. 1. c. 3. num. 29.* Veteres enim peculiarem quandam vim & energiam huic septenario numero attribuerunt, vti de numero testium testamentis adhibendorum respondet *Ioann Dauth de testam n. 420. Domin. Aruma. exerc. Iustin. 7. th. 10.* Tanta siquidem maiestas illius numeri, tantaque diuinitas esse putatur, vt veteres σεβασμιὸν καὶ σεμνὸν, id est, sacrum & venerandum eum appellârint. Et *Philo Iudaeus lib. de mundi opifice* hanc septenario praerogatiuam tribuit, quod solus neque gignere neque gigni natus est. Hinc eius diuinitas & perfectio, *inquit*, ex mente *Philonis. Andr. Laurent. l. 8. histor. anatom. quaest. 31. p. 709.* Et *Gothofridus Viterbiensis p. 1. chronic.* scribit: solem septies splendidiorem, quam nunc sit, fuisse, & propter casum primi hominis sex partes sui splendoris amisisse:

Sextupla

Sextupla lux solis, inquit, *fuerat, quam sol dedit olim,*
Tunc vt Adam cecidit, cecidit pars multa nitoris,
Septima pars nunc est, sex perijsse patet.

Vnde maximi momenti res plerumque hoc numero absoluebantur, quod colligi licet ex *Geneseos c.2.v.1.2.3. Ios.6.v.4. 1.Reg.7. v.vlt. Mich.5.v.7. 4. Reg.5.v.10.* Sic apud Persas septem consiliarij erant, qui Darium Hitaspis filium post mortem Cambysis suffragiis communibus Regem elegerunt *Ioseph.l.11. Antiq.Iudaic.c.3.in f.& c.5.in pr.* Septem sunt officia regni Siciliæ. *Narian. Frecc. Neapolitan. de subfeud. Baron. tit de septem regni Officiis l.1.fol. m. 28.* Apud Venetos septemviratus consilium habetur sanctius. *Ioann. Bodin.l.1.c 10.de Republ.* Sic septem Archiepiscopatus in Germaniâ erecti, *Moguntinensis*, qui sub se habebat XIII. Episcopos suffraganeos, Herbipolensem, wormatiensem, Spirensem, Argentinensem, Augustanum, Eichstadiensem, Curiensem, Rhetorum, Constantiensem, Hildesheimensem, Werdensem, Paderbornensem, Halberstadensem. 2. *Treuirensis*, qui sub se habebat, Metensem, Dolanum & Virdunensem. 3. *Coloniensis*, cui subsunt Monasteriensis, Traiectensis, Leodiensis, Mindensis, Osnabrugensis. 4. *Magdeburgensis*, cui subiecti sunt Misnēs. Mensburgens. Naumburg. Brandeburgensis & Hauelburg 5. *Salisburgensis* cui subsunt, Tridentinus, Brixiens. Passauiens. Frisingens. Viennens. Seccouiens. Louantinus, Chiemensis, Ratisbonensis. 6. *Bremensis*, cui Lubecensis, Suerinus, Razeburgensis, Lebussensis, Sleswicensis, Megapolensis, Hamburgensis. 7. *Rigensis*, cui Reualiensis, Curiensis, Vpsaliensis, Atrebatens. *Petr. Cratepol. in Catal. Archiepisc.* Verum nos hic pedem minimè figimus: numerum siquidem, vtpote quantitatis, per se nulla est efficacia, & quicquam illis velle efficaciæ attribuere, ad superstitionem quam proximè accedit: Etsi quæ sunt septenarii vires (medicis suas de diebus criticis phantasias relinquimus) in ætatibus, morbis, diebus, decretoriis, aliis mutationibus ad siderum influxum, humores agitantem, ac temperamenta mutantem aliasque abditiores causas magis quàm ad perfectionē numeri referendo, quæ causæ, quia nos clam sunt, per earum comites, numeros iudicari possunt. *Conimbricenses l.1.de gen.& corrupt c.4.q.2.art.2.* Videantur *Petr. Gregor. Tholos.l.15. Syntax.art.mirab.c.10. Leuin. Lemn.l.2.de occult.nat.c.32. Ioann. Fernel. l. 4. Patholog.c.11.* Nec causam videmus, cur septenarius aliis perfectior sit; præsertim cum & alii nouenario. *Plut.de Homero fol.56.* alii ternario (quem & primum esse numerum non binarium *Alex. Gentil.c.15.lect.Virgil.* statuit) eandē perfectionem tribuant. & *Ammon.* apud *Plutarch. lib.de ei foribus templi Delphici*

Delphici inscripto fol.m.287. quemuis numerum sui laudandi materiam ingenioso præbere dicat. 2. An hoc exemplum est iuris publici constituti, cuius natura hæc vt ratio eius nec inuestigari debeat, nec reddi possit. vti ait *Anton.in ration.ad l.20.ff.de legibus.* 3. An quia sic placuit, vti *Hermann. Vultei.* de septem testibus in testamento adhibendis respondit in § *possunt. §.nu.27. I.de testam.ordin.* 4. An iubente *Antonio Heringio de fideiuss.c.5.n.143.& seq.* prius expediendum, cur *Pythagoras* auditoribus suis non septennij aut decennij, sed quinquennale silentium indixerit. 5. *Onuph. Panuinius de comit.Imp.c.9.* magis ad rem loqui videtur; vbi numerum hunc electioni accommodatum esse *ait*, quod tribus Electoribus ab aliis tribus diffidentibus quartus alterutri parti accedens omnem dissensionē & discordiam tollere potest. Sed & hæc ratio, tanquā ad quemuis numerū imparem, ternarium, quinariū, &c. pertinens nimis generalis est: diffidentibus enim duobus tertius, vel duobus ab alijs duobus quintus &c. voto suo dissensionem tollere potis est. 6, Ratio specialior & magis propria esse videtur: quia olim teste *Simone Schardio d.tr.c 9.* quatuor erāt ordines electorum laicorum: 1. Regum. 2. Ducum 3. Marchionum. 4. Comitum. Ideo ne vllus ordo, qui antea interesse electioni consueuerant, se præteritum conqueri posset, vnus ex Regibus, vnus ex Ducibus, vnus ex Marchionibus, vnus ex Comitibus cum Ecclesiasticis tribus admissi sunt, qui eorum vice & nomine electionem peragerent. Tres autem Ecclesiastici pluribus adiecti sunt, quia propter summam eorum autoritatem & potentiam ordo Ecclesiasticus vno ex eorum consortio contentus non fuisset: duos verò propter votorum paritatem, quæ emergere poterat, hi enim quatuor laicis additi numerum sexenarium æqualem fecissent, non sufficiebant. Tertius ergo addi debuit. Atque hic numerus Electorum septenarius ad tam strictam obseruantiam redactus est, vt cum Maximilianus I. Imp. aliquando Electores pertentaret, quo ius suffragij in Electione Imp. Archiducibus Austriæ communicarent, nihil effecerit. *Hartm. Maur.de coronat.Caroli V.Marq.Freher.ad Petr.de Andlo c.1.l.2.p.m.164.*

(30) (30) *Cur Ecclesiastici secularibus additi rationes multa dari possunt.* 1. Quæ specialis: cum enim Antistites & Præsules Ludouici Pij æuo (qui inijt Imperium anno 813. *Iacob.Gordon.in chronol.illius anni*) Imperij Principes effecti essent, & sic duplici ordine Romanum Imperium decoratum conspiceretur, haut immeritò quoque ad Electorium ἀξίωμα tam clerici quàm sæculares designati sunt. *Andr. Knichen. de iure Saxon.non prouoc.verb. Electorum c.1.n.319.* Quod etiam ostendit

Gunthe-

Guntherus lib. 1. in Ligurino de electione Friderici I. agens:

Hunc sacri celebresq́; viri quos laude serenâ
Infula vel gladius mundo facit esse verendos
Ex omni regione fluunt, ad publica regni
Commoda.

Et *Guilielm. Britto l. 3. Philippidos.*

Est etenim talis Dynastia Teutonicorum,
Vt nullus regnat super illos, ni prius illum
Eligat vnanimis cleri procerumq́; voluntas.

2. Ratio magis specialior est, quam dat *Iulius Pflugius in orat. de stat. German.* quia nempe ad Imperatoriam dignitatem, quod Ecclesiastici essent, euehi non possent, (*tit. 2. A. B.*) ne causam tamen haberent, cur Imperat. diadema ambirent, factum, vt in Electorum numerum cooptarentur. Politici verò, ne alter alterius voto ad tantum Imperij decus temerè aspiraret, in Officio retinere possent. 3. Vt Ecclesiastici Imperatori suis consilijs, scilicet *Moguntinus* per Germaniam, *Treuerensis* per Galliam, & Regnum Arelatense, *Coloniensis* autem per Italiam subuenirent. Ita eidem quatuor politici suis insimul officijs aulicis inseruirent. *Aur. Bull. tit. 4. §. 4.* 4. Vt non solum essent tres viri doctissimi, sed etiam quatuor Duces bellicosissimi, quo Imperatoria Maiestas & legibus armata & armis decorata tantò clarius omnibus illucesceret: Consilium huius distinctionis, ait *Peucer. in pr. l. 5. chron.* fuisse existimo, vt Ecclesiastici præcisiue res sacras tractando administrandoque & Christianæ religionis puritatem tuendo simulque consulendo: Politici & consilijs & armis Rempubl. iuuarent & amplificarent. Firmissima siquidem Christianæ politiæ præsidia & fundamenta sunt Sacerdotium & regnum *Renat. Choppin. l. 3. de domain. Franc tit. 29. num. 3.* maximaque DEI dona *Nouell. 6. in pr.* 5. Ratio addi potest, magna veterum Principum in religione deuotio. Tanta, inquit, *Petr. Heig. l. 1. q. 4. n. 61.* veterum Principum in religione deuotio fuit, vt sine sacerdotibus & Episcopis nihil magnum absoluere se posse sperarent, & ita demum omnia rectè processura crederent, si religionis Antistites suis consilijs præsentes haberent: ac ita demum, (verbis loquor *Matth. Steph. de iurisd. l. 2. p. 1. c. 5. n. 18.*) in porta consistere putârunt Imperium, si ex togatâ & armatâ militiâ Senatus secretior constaret. Et hinc putamus factum, quod Imperium Romanum SACROSANCTVM dicatur.

VII.

Ecclesiastici sunt tres Archiepiscopi (31) & Archican- (31)

 cella-

(32) (33) cellarii (32) Moguntinus(33)per Germaniam:(34) Treue-
(34)(35) renſis(35)per Galliam(36)& Regnum Arelatenſe:(37) Co-
(36)(37) lonienſis(38)verò per Italiam.(39)
(38)(39)

(31) (31)Eccleſiaſticis dignitas Electoralis non vt Eccleſiaſticis, ſed vt Imperii Germanici Principibus tribuitur. *Ioach. Mynſing. cent. 5. obſ. 58. Andr. Gaill l. 1. obſ. 3. n. 1. & de pace publicâ c. 8. n. 7. Anton. Quetta conſil. 71. nu. 2. Marc. Anton. Pereg. conſil.* 1. *per tot. Zach. Vietor de cauſ. exempt. Imp. concl. 3.* Aliter enim conſiderantur vt Epiſcopi, aliter vt Electores, *Carol. Molin. in conſil. Pariſ. tit. 1. n. 71.* Vnde toties in A.B. Caroli IV. Principes Imperij appellantur. *c.* 1. *in pr.* §. 2. 3 5. *& ſeq. c. 2. c. 3. c. 4. in pr. c. 7. in pr. c. 10. in fine* & paſſim. In pluribus mundi partibus, ait, *Alexander Raudenſis de analog. c 39 num. 83.* notorium eſt, quod Eccleſiaſtici à principio fundationis ſuarum Eccleſiarum, vel à tanto tempore de cuius contrario non extat memoria cum poteſtate ſpirituali & Eccleſiaſtica obtinuerunt & adhuc obtinent Ducatus, Comitatus, Baronias cum iuriſdictione temporali. Adeo vt *Arnoldus* quidam *Brixianus* vel ideo quod Epiſcopis regalia competere negabat, anno 1139. in præſentiâ 1000. Antiſtitum hæreſi damnatus ſit. *Carol. Sigon. l. 11. de regno Italiæ.* Nec rarum videri debet aut poteſt, multò minus inſolens, quod vna eademque perſona duos ſuſtineat reſpectus. In Republ. ſiquidem Romanâ licuit ſacerdotibus & religioſis in Republic. verſari: cum regno quoque & ſacerdotio quandoque coniunctum imperium habere. *P. Arodian. rer. iudicat. l. 1. t. 4. cap. 12.* Sic Numa Pompilius Rex fuit, & nihilominus ea ſacrificia, quæ poſtea Flamini diali commiſſa, obiuit. *T. Liuius l. 1.* Vnde in LL. regiis: *Rex ſacrorum Præſes eſto.* Eiectis Regibus penes Senatum fuiſſe conſtat. *Liu. l. 15.* Mutatâ Republ. vt omnia, ita etiam quæ ad res diuinas pertinebant, in ſe tranſtulerunt Imperatores. Sic Octauius Auguſtus Pontificatum Maximum Imperio adiecit. Videatur omninò *Arnold. Clapmar. de Arcan. Rerumpub. l. 1. c. 5.* Ægyptii dignitatem ſacerdotalem Regi adiungi voluerunt. Perſarum Reges inaugurabantur, & ceremoniarum ſanctarum Principes erant. Sic Melchiſedech Rex atque ſacerdos, ſed in figurâ Chriſti: Sic Heli ſacerdos & iudex vid. *Ioan. Caſius l. 1. Sphær. ciuitat. c. 15.* Hebræi Iudæorum Regibus oleo conſecrari magnæ religionis inſtar fuit. *Euſeb. l. 1. hiſtor. Eccleſ.* neque verò ſacris tantum præerant, ſed & miniſtros Eccleſiæ ac Pontifices præficiebant. Imò Iudæos & Reges & Sacerdotes eoſdem habuiſſe refert. *Iuſtin. de Iudæor. Republ.* Poſt Moſen, *inquit*, eius filius Aruas, ſacerdos ſacris Ægyptijs, mox Rex creatur, ſemperq; exinde

exinde mos apud Iudæos fuit, vt eosdem & Reges & sacerdotes haberent. Et Iudæis, inquit *Cornel. Tacit. l.5. histor.* Sacerdotij honos firmamentum potentiæ erat. *Anna. Robert. l.3. rer. iudicat. c. 1.* Hinc patet, nouum videri non debere, si Ecclesiastici Electores dignitatem Electoriam non vt clerici, sed vt sæculares cum suis Ducatibus ac dominiis teneant. Quod non videtur vsque adeo improbandum esse, ait *Franc. Duaren. l.1. de benefic Ecclesiast. cap.4.* modò ea Gubernatio eos à spirituali procuratione non auertat. Nam sicut prædia sibi donata à Principibus aut aliis propria habere & retinere possunt, ita & iurisdictionem, quæ cum prædiorum donatione transfertur. Præterea quid vetat Dominum & Principem alicuius ciuitatis aut prouinciæ, si idoneus reperiatur, Episcopum creari: quod si vsu venerit, nemo dixerit, opinor, eum facultates ac patrimonium suum deserere oportere, &c. *Alex. Raudens. d. c.39. n. 84.* Confer *Henning. Arnisæus de exempt. cleric. c.1. n.4. Petr. Gregor. Tholos. l.8. de Republ. c.2. n.6.* Nihil nos remoratur, quod nonnulli existimant, clericum sæcularis simul Magistratus personam sustinere non posse: propterea quod non benè conueniat psalteriũ cũ citharâ vt loquitur *practica Ferrariens. in formâ responsi rei conuenti §. præscriptione:* & grauiter *Otto Frisingensis*: Sicuti ad spiritualem gladium, *ait*, spirituales quoque possessiones, id est, primitiæ, decimæ, oblationes, & alia huiusmodi pertinent: sic materiali omnes terrenæ dignitates, ducatus & huiusmodi subiacent: hæc enim Deus non in vnâ personâ sed separatim in duabus in Ecclesiâ esse voluit: proinde sicut illi personæ, quæ gladium materialem portat, non licet contingere ea, quæ spiritualia sunt; sic & isti ea vsurpare, quæ huius sunt, non conuenit: Vnde & in Euangelio scribitur: Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt DEI, DEO. Idque Dominus, sicut prædicat verbis, ita factis declarauit, quando tributum pro se & Petro iussit dari. Paulus etiã omnem potestatem à DEO esse considerans, non Petrum, qui tum Romæ cathedræ præfuit, sed flagitiosissimè ex DEI voluntate super terrã Regem constitutum Neronem appellauit, &c. Hæc ille. Nihil nos, *inquã*, hæc & similia remorantur: siquidem præsumptuosum foret, disputatione scholasticâ, quâ nec Ducatus, vel Dominia dari aut adimi possunt. *Conestagius l.3. in histor. de Portugalia & Castella coniunctione.* Electoribus Ecclesiasticis veteris dignitatis terminos peruertere velle. Nec argumentum illud mouet, quo nonnulli à primitiuæ Ecclesiæ statu ad præsentem arguunt. quia multum interest inter illud, quod fuit, & nunc est. *l. qui res §. arcam ff. de solut. Hieron. de Laurent. decis. 145. n.37.* & argumentationes à mundi reuangatione non recipiuntur secundum

cundum

cundum *Baldum* quem sequitur *Alexand. Raudens.c.38.nu.39.de analog.* Vt enim omnium rerum, ita & Ecclesiæ initia fuêre tenuia, quæ vbi creuerint, non ideo quod ab initiis recedant, reprehēsionem merentur.

(32) (32) Cancellarius in legibus Longobardicis ac Francicis sæpissimè simpliciter vsurpatur pro scribâ & auctuario: qui verò huic ordini præpositus summus ac primus Cancellarius in maximâ fuit dignitate & existimatione. *Hyncmarus epist.3.c.16.* Summus Cancellarius, qui in secretis olim appellabatur, erantque illi subiecti prudentes & fideles viri, qui præcepta regia absque immoderatâ cupiditatis venalitate scriberent, & secreta illis fideliter custodirent. Posteriores eum Archicancellarium dixerunt, vt in *literis Caroli Crassi*: waldo Cancellarius ad vicem Ludouici Archicancellarij anno 872. indict. V. Græcis is fuit λογοθέτης, μέγας λογοθέτης, ἀρχιλογοθέτης. Logotheta generalis. *Paul. Diacon.l.23.histor. Longobard.* De nomine Cancellariæ videatur *Petrus Pithœus l.2. aduers.c.12. Adrian.Turneb.l.11.aduers.ca.25. Barnab.Brisson. Franc Hotom.Ioann.Caluin.in Lexicis iuridicis Guliel. Budeus in annot. priorib.ad Pandectas.* De Archicancellarii verò nomine & officio pluribus agit *Herm.Kirchner.de Offic.Cancell.c.3.n.1. & seqq.* de officiis Archicancellariorum Imperii vide *tit.25.A.B.* Archicancellariorum autem Imperij institutionē circa Ottonis Magni (qui regnare cœpit anno 936. *Rheginon appendix Marian.Scot. Otto Frising. Annal.Rhem*) æuū ortam ex ipsorum Imp. priuilegiis seu diplomatibus publicis se obseruâsse scribit *Onuphr. Panuin.de Com t.Imper.c.6.n.29.* Cum quo transeunt *Marq.Freher.in orig. Palat.c.15.Herm.Kirchner.d.tr.l.1.c.3.n.9.& mult.seqq.*

(33) (33) Magna est sedis Moguntinæ prærogatiua, de quâ *Annal. Mogunt.l.1.c.24.& l.5.* Imperii verò per Germaniam Archicancellarii dignitatem à tempore Caroli Magni hunc sibi vendicasse, ex diplomate confirmationis Monasterii Gengebacensis, in quo interuentu petitionis Lutwardi & Archicancellarii se ad eam permotum perhibet Carolus M. Ostendere vult *Cras.p.1.l.11.c.4. Annal.Sueu.* Nos ad Ottonis M. tempora primam Originem generaliter *n.32.ante c.* retulimus. Huius officii intuitu Archiuum Imperii publicum seu chartophylacium, quo publica Imperii documenta & acta, quę in Comitiis, deputationibus, visitationibus & aliis Imperii conuentibus peraguntur, custodiūtur, & matriculam Imperii penes se seruat, apud quem etiam eorum petitio petitur. *Ioan. Althus.c.17.polit.n.12.Rutger. Ruland.de commissar. l.5.c.4.n.10.& seq p.2.* & consilium cum Cancellariâ, quod in aulâ Imperatoris habetur, iuramento ei obstringitur, *Thomas Michael.de iurisdict.*

dict.concl.28.lit. A.& decreta Imperialia olim solus signauit. *Tob. Paurmeist. l. 2. de iurisd. Rom. Imp. c. 2. n. 33. Nicetas Choniates in Friderico Imp. l. 8.* Moguntinum Germaniæ Archicancellarium nominat λογοθέτην. Hinc Illustris collegii Principum Electorum Decanus appellatur *in quadam epistola Electorum* ad Benedictum XII. P. M. Sanctissimo in Christo Patri ac Domino (*incipit epistola*) Domino Benedicto Papæ vestri deuoti filii Henricus Dei & Apostolicæ sedis gratiâ Archiepiscopus Moguntinensis Electorum Principum Decanus, necnon per Germaniam Sacri Imperii Archicancellarius &c. extat *tomo 1. scriptor. German. Marq. Freheri inter annal. Rebdorphii fol. 425.* vid. *liber Ceremoniar. Eccl. Roman. l. 1. sect. 13. c. 3 tit. de Recept. alien. pun. Elect. Imp.* Primas itaque in collegio Electorum Moguntinus tenet, & Imperio vacante Principes ad Electionis consilium ineundum (vt *infra* latius dicemus) conuocat. *Otto Frising. l. 1. c. 16.* Hoc etiam hoc in loco notata dignum, quod Archipræsul Moguntinus antiquitus ius habuerit consecrandi & coronandi Bohemiæ Regem. Quod obseruari potest in ipsorum monumentis Moguntiæ in templo cathedrali positis, vbi Archiepiscopi quidam Reges à se confirmatos, iuuenili formâ expressos, quasi filios quosdam spirituales sub manibus tenent, vt ipsimet obseruauimus & notauimus, & habent *Cratepol. & Brusch. in catal. Episc. Mogunt.* liquetque ex priuilegiis Odocari & Wenceslai Regum apud *Ioann. Trithem. Abbat. Spanheim. ad annum 1228. & Hirsaug. 1310. M. Albert. Argentin. 1346.* narrat. Carolum Marchionem Morauiæ odio Henrici ex Comitibus à Firnberg Archipræsulis Moguntini Pragensem Episcopatum in Archiepiscopatum erexisse, & Moguntini subiectione exemisse, eidemque ius coronandi Regis concessisse. *Bruschius verò & Trithem.* referunt, quod hanc summam prærogatiam Henricus à Firnberg Ecclesiæ Pragensi auro venditam transscripserit. Vid. *Ioann. Cuspin. in vita Ludouici Bauari Francisc. Modius in pandect. Triumph. l. 4. cap. 6. & 7. Henr. Rebdorff. in annal. tom. 1. script. German. Marq. Freheri* Nec hoc silentio inuoluendum: Willigisum Ottonis III. Imperatoris præceptorem, qui iuxta quorundam opinionem (vide *concl. 5. supra*) primus inter Archipræsules Moguntinos Elector perhibetur *Mersæus in annal. Archiepisc. Mogunt. in Willigoso*, natum ex patre Rhedario ex pago Saxoniæ Schönmaen, memorem suæ conditionis, rotam multis locis depictam sibi veluti imaginem modestiæ probandæ proposuisse cum hac inscriptione: Willigis, Willigis recole, vnde veneris, & prioris fortunæ memor, qui nunc sis, considera. *Brusch. c. 2. de German. Episcop.* Vnde etiamnum, Archiepisco-

netur, quæ sola Imperium Romanum recognoscebat. *Marq. Freherus ad Petr. de Andlo l.2.c.1.p.m.164.& seq.* Per reliquam enim Galliam quid Cancellario opus magis, quàm per Hispaniam aut Aphricam confer. *n.37. sequentem.* Et hac cum limitatione intelligendus omnino *Conrad. Peutinger. in sermon. conuiual.* dum *ait:* vtraque Austrasia & superior & inferior à Carolo M. in hunc vsque diem sub Cæsaribus Germanis & ditione Germanicâ fuit: *& subijcit:* Archiepiscopus Treuirensis S.R. Imperij per Galliam & Regnum Arelatense Archicancellarius ex eo est, quod illa Gallia & regnum Arelatense imperio subesse debeat &c. Dubium hic siue potius error remouendus, quem errat *Petr. Gregor. Tholos. l.6. de Republ. c.13.n.25.& l.7.c.15.num.18.* dum dicit: Treuirensem Galliæ nomine eligere Imperatorem, sicut Moguntinum Germaniæ, Coloniensem Italiæ: Non enim tam electionis, quam muneris intuitu diuersa regionum nota signantur: Vnde *Andr. Knichen de non prouoc. iure verb. Electorum c.1.n.73.* Moguntinus, *ait,* Treuirensis & Coloniensis defunguntur electionis munere, tanquam Cancellarij Imperiales, vti quod profani ratione officiorum: alioqui sequeretur Palatinum eligere nomine Palatinatus. Saxonem Saxoniæ, Marchionem Marchionatus nomine, quod absurdum est. *Marq. Freher. d. loco.* Deinde Treuirensis, quod ipse *Gregor. Tholos.* fatetur, sine consensu & mandato Galliarum Regis suo arbitrio eligit, ergo non alieno, sed proprio nomine. Qui enim alterius nomine eligit, eius consensu & mandato eligat, requiritur *§. preterea 18. §. princeps 21. c.1. A.B.* Denique si nihil iuris Gallis in electione Imperatorum competit, nec eorum nomine Treuirensis eligere potest: ius enim quod non habet ad alium transferre nô potest. Nemo enim plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet *l. nemo plus ff. de R. I.* Antecedens ex eo liquet: quod Galli vna cum Italis iniquissime constitutionem de Electoribus prolatam tulerint: quod non solum ius eligendi, verum etiam omnem spem summi apicis, quandoque potiundi, ipsis ademptam esse perspicerent. Hinc Galliam ab Imperio nostro Germanico discessisse testis est *Gunther. in Ligur. l.1.*

At simul à nostro secessit Gallia regno,
Nos priscum regni morem seruamus, at illa
Iure suo gaudet, nostra iam nescia legis.

(37) Arelatense regnum in diuisione nepotum Caroli, M. quâ totum Francorum regnum in Germanicum & Gallicum diuidebatur, Germanico regno cum octo comitatibus suis tributarium & subditum fuit, & per aliquot sæcula vsque ad alienationem à Carolo IV. Imp. (37)

factam

val.11n.2. Quod confirmant præiudicia, quibus Archiepiscopos nondum confirmatos ad subscriptionem recessuum Imperii, & per consequens ad sessionem & votum in collegio Electorali admissos esse probatur. Sic anno 1555. Daniel Electus Moguntinus. anno 56. Antonius. anno 59. Ioannes Gebhardus, anno 64. 66. 67. Fridericus Electi Colonienses. anno 67. Iacobus Electus Treuirensis. anno 70. 71. 76. Valent. Electus Coloniensis. anno 82. wolffgangus electus Mogunt. recessus Imperii subscripserunt: ad collegium igitur septemvirale admissi sunt. Et anno 1611. Reuerendissimus & illustrissimus Archiepiscopus Coloniensis modernus ante confirmationem & infulationem ingressum collegij Electoralis habuit. Quo spectat illud, quod in dubio quis ad collegium sit admittendus. *Ioann. Vinc. de Annâ sing. 627. Fabian. de Annâ cons. 88. n. 39.* Quæritur etiam hic: *An Capitulum sede vacante Electores* cæteros conuocare actusque alios Electorales expedire possit? Rationibus tàm affirmantes, quàm negantes minimè destituuntur. Pro negantib⁹ faciunt sequẽtes rationes. 1. Sumitur *ex c. 2. extra ne sede vacant. aliquid innouetur*: vbi capitulum sede vacante non succedit in ijs, quæ Episcopo, non vt Episcopo, sed aliunde competunt. *Roman. consil. 506. n. 14.* Rationem diuersitatis suppeditat *Innocent. in c. cum in cunctis n. 7. extra de elect. & elect. potest.* quia in ijs, quæ ad eos proprio iure pertinent, est inter eos maior coniunctio, quàm in aliis, quæ aliunde obueniunt. Atqui ius conuocandi coëlectores & iura reliqua electoralia Moguntino & cæteris electoribus Ecclesiasticis competunt non tanquam Episcopis, sed Principibus & Imperij electoribus *supra th. 7. nu. 31.* Ergo capitulum in iure conuocandi & cæteris non succedit. 2. Si in Vicarium Generalem, qui tamen in locum illius Episcopus suffectus dicitur *Ioann. Piccard. inter consil. Iacob. Menoch. cons. 52. vol. 1. num. 74. & seq. Felin. in c. eam tu n. 17. extra de rescript.* non transeant ardua ac reuerentialia *Picard. d. cons. n. 98.* vtique nec in capitulum ardua ac illustria electoralia iura transire poterunt. 3. Beneficia illa, quæ ad solum Episcopum spectant, capitulum conferre nequit. *c. 2. extra ne sede vac. aliquid innou. c. 1. & 2. ne sede vac. in 6.* Ergo ex puritate rationis neque capitulum Principes Electores conuocare, aliosque actus electorales peragere possit; conuocandi enim & cætera electoralia iura ad Electores Ecclesiasticos vt Principes Imperii spectant, vt *toties* dictum. 4. Capitulum non succedit in iis, quæ Episcopo iure speciali seu priuilegio competunt. *Francisc. Marc. tom. 2. decis. 81. nu. 7. Fulu. Pacian. l. 1. de probat. c. 27. n. 25.* Moguntino verò ius conuocandi iure speciali & priuilegio ab antiquo competit. *c. 4. §. cæterum A. B.* Ergo. Idem de cæteris

Electoralibus iuribus iudicium esto. 5. *Textus A. B.* quando de iure conuocandi verba facit, loquitur de Archiepiscopo, non verò capitulo. *c.1.§.18. & 19. & c.4.§.2. A.B.* Alius verò est Archiepiscopus, aliud capitulum: propriè enim loquendo Archiepiscopus tanquàm summã dignitatem habens, non est de capitulo, sed soli canonici id constituũt. *c.cum in cunctis ibi ne capitulum aut Metropolit. extra de elect. & elect. pot. Franc. Marc. decis. Delph. 1171. nu.4. tom.1.* 6. Carolus IV. Imperator constituit *c.1 §.19. A.B.* si Archiepiscopus Moguntinus in executione & intimatione huiusmodi negligens aut remissus existat, quod tàm coëlectores motu proprio conuenire possint. Si verò ad capitulum sede vacante spectaret ius conuocandi &c. vtique si negligens esset Archiepiscopus, obtineret: siquidem vti docet *Innocent. in cap. cum in cunctis n.7. extra de elect. & elect. potest.* quod Episcopo negligente aut peccante potestas eius deuoluatur ad capitulum, & probat *ca. nulla extra de concess. præbenda.* Hactenus *pro negantibus.* Affirmantes sequentibus nitantur fundamentis. 1. Quia potestas omnis Episcopalis residet penes capitulum. *Tob. Paurm. l.2. de iurisd. Imp. Roman. c 7. n. 107. Andr. Gail. l.1. obs. 30. n.10.* & iuxta *Felin. in c.1. n. 19. de iureiur.* non est inferius Episcopo, sed eo mortuo in ius omne quodam accretionis modo succedit. Vnde sede vacante iurisdictionem exercet. *Fr. Duar. l.3. de sacr. Eccles. ministr. l.3. c.6.* statuta condit. *c. cum omnes 6. extra de constit. l. præbendas* confert. *c. vn. in pr. ne sede vac. aliquid innou. in 6.* ab excommunicatione absoluit. *c. vn. de maior. & obedient. in 6.* eligit. *ca. cum olim 14. extra de maior. & obedient.* à iuramento absoluit. *c. pen. & vlt. de suppl. prælat. neglig. in 6. Andr. Gaill. d. obser. 30. n.12.* ad comitia vocatur, (vt exempla in *recessibus Imperij* obuia hoc confirmant: Nam Dechand vnd Capitel zu Minden anno 55. Item Probst/ Dechand / vnnd Capitel deß Thumbstiffts Frisingen anno 1559. Item Dechand/ vñ Capittel des Stiffts Halberstadt anno 76. sede vacante comitijs interfuisse ex eorundem subscriptione patefit) perque syndicum comparet, sedes enim Episcopalis etsi vacet, attamen priuilegia & dignitates non amittit: capitulum verò & per consequens canonici, qui in eo sunt, instar tutorum sedis Ecclesiæ & Prælaturæ vacantis sunt, quæ fruitur iure minoris & pupilli *c. fin. Nou. de Eccles. tit. & priuil. c. auditis ibi gloss. & Panor. extra de restit. in integr.* Ideoque sicut tutor sequitur pupilli forum, ita etiam capitulum hoc casu sequitur forum & ius sedis Ecclesiæ vel principatus *c. cum deputati extra de iudic. ca. literas extra de restitut. spoliat. Petrus Frider. Mindan. de process. l.1. c.19. n.7. in f.* & præeminẽtiæ intuitu dignitatisque Episcopalis non minus ac Archiepiscopus capitulum gaudet.

det Austregarum priuilegio *Petr. Frider. Mindan. d. c. 19. n. 7. 2. Gregor. VIII. P. M. in c. an. de maiorit. & obed. in 6.* constituit, vt Episcopali sede vacante posset capitulum, seu is, ad quem Episcopalis iurisdictio tunc temporis noscatur pertinere, ijs, quibus posset Episcopus, si viueret, ab excommunicationis sententiâ absolutionis beneficium impertiri. Ex quâ decisione eiusmodi eruimus argumentum: si potest capitulum idem quod Episcopus, vtique vt Archiepiscopus Moguntinus conuocare, sic & capitulum poterit. Atqui prius verum *d. c. vn.* Ergò & posterius verum erit. 3. Id quod in terminis electionis cócedere videtur *Gregorius IX. in c. cum olim extra de maior. & obedient.* nec malè, ad essentiam siquidem capituli haud requiritur, vt sit Episcopus *Marc. decis. delphin. 801. n. 5. tom. 1.* 4. Accedit, quod Episcopo capitulum vsq; adeò connexum est, vt eius membra dicantur esse Canonici *c. nouit extra de his quæ fiunt à Prælat. c. cum non deceat de elect. in 6. Ioann. Picard. d. consil 52. n. 140.* & pars corporis Episcopi, sicut Cardinales Papæ *Petr. Heig. l. 1. q. 4. n. 63.* 5. quod inter Episcopum & capitulum spirituale perhibetur esse coniugium, quod electione initiatur, ratum fit confirmatione, consummatur in consecratione, vt *Innocentius III. ad Moguntinēs.* rescripsit: *in c. licet extra de translat. Episc. Pet. Greg. Tholos. part. iur. can. l. 1. tit. 29. c. 7.* 6. Ex duabus posterioribus rationibus facilè corruit argumentum ex *B. A. c. 1. §. 18.* depromptum, quod conuocandi facultatem soli Episcopo concedere videbatur. Nam vt loquitur *Baldus in l. 1. n. 4. v. item hac dictio C. de bon. poss. contra tabul.* quod si ordinatum sit vt solus Episcopus aliquid faciat, per hoc non intelligit esse exclusum capitulum ipsius Ecclesiæ, quia dictio taxatiua non excludit ea, quæ connexa sunt. *Fulu. Pacian. l. 1. de probat. c. 31. nu. 6.* Habes hic lector rationes pro vtraque, nos electionem permittimus, & nostram in ipso disputationis actu aperiemus.

IX.

Cum quoque Imperatores Germani Principibus Electoribus sæcularibus cognationis aut agnationis iure & necessitudine hactenus ferè deuincti apparerent, & hodie etiamnum sint, eiusdemque facta mentione secundum officij commemorationem ab Impp. compellari soleant; factū est, vt Ecclesiasticis nomen nepotum (42) tribueretur: vt quia de naturalis cognationis & necessitudinis prærogatiuâ gloriari non possent, ciuilis quasi υἱοθεσίας beneficio sæ- (42)

 culari-

cularibus Electoribus inferiores minimè existimari possent.(43)

(42) Possunt quippe & nepotes adoptari. *l. adoptari 37. ff. de adopt. §. 7. l. eod. cit.*

(43) Originem huius rei adscribunt *Petr. Heig. l. 1. q. 4. n. 62. & Gerlac. Buxtor cyllog. rer quotid concl. 24. lit. D.* Friderico III. Imperatori in cuius reformatione Francofurti anno 1442. factâ vsurpatum putant, in cuius rubricâ von den heimlichen gerichten 2c. Hæc verba leguntur: So der Ehrwürdige Diederich Ertz Bischoff zu Cöln / unser lieber Neue und Churfürst. Et opinatur *Domin. Aruncæus in cōm. A. B disc. 4. th. 9.* quod primitus in personâ huius Theodorici, qui ex Comitibus de Morsâ fuit, gratitudinis causâ inuentum sit, operâ enim suâ Fridericum in solium Imperiale sublimari fecit. *Mersæus in annal. Archiepisc. Coloniens. n. 66.* & quod posteà opportunâ deriuatione non solum in subsequentes, verum etiam in reliquos Electores Ecclesiasticos translatum fuerit. Hæc iam dicta *Andr. Knichen de iure Saxon. non prouoc. c. 1. n. 321.* non placent: qui hoc factum esse dicit, ob singularem affectionem, qua vicissim Ecclesiastici alios compellare solebant: in diplomate anno 1433. Archipræsul Moguntinus Ghunradum Comitem & Principem Hennebergicum nominat Unsern lieben Neuen und getrewen 2c. Verū *Heigij & Buxtorphij* magis arrident, cum quibus & transimus.

X.

Hactenus de Ecclesiasticis: sæculares sunt quatuor.
(44)(45) 1. Rex(44)Bohemiæ(45)Sacri Romani Imperij Archipi-
(46)(47) mernæ(46) 2. Comes(47)Palatinus(48) Rheni Archidu-
(48)(49) pifer:(49)3. Dux(50)Saxoniæ(51) Archimarscallus(52) 4.
(50) (51) Marchio(53)Brandenburgensis(54)Archicamerarius.(55)
(52) (53)
(54) (55)

(44) Quod Regem Bohemiæ spectat, aliquod proponendæ & decidendæ sese offerunt quæstiones. Quarum I. *Quando Duces Bohemiæ Imperij tributarij facti? Albert. Krantz. l. 6. VVandal. c. 6. Helmold. l. 1. c. 8.* dicunt, quod primò Carolus Magnus, deinde Henricus Auceps hoc effecerit. Sed tributum Fridericus Secundus (qui inijt Imperium 1211) ad petitionem Primislai remisit *Dubrau. l. 15. histor. Bohem.* Iterum tamen Albertus Imperator (qui inijt Imperium 1299.) à Wenceslao Rege Boiemorum decimas argenti, quod in Boiemia ex montibus puteisque argenteis eruebatur, petijt: rationem hanc addens, eodem iure, eademque conditione obligatam esse Imperio Boiemiam, quâ cæteræ Principum in Germaniâ Prouinciæ, quæ à Cæsare

Cæsare iurisdictionem suam accipiunt, vt meritò Cæsar vicissim ab illis decimas metalli exigat, à quo etsi Wenceslaus peteret, vt vectigalibus Cæsaribus debitis contentus esset, prætendens Reges, & ante illos Principes Boiemiæ sic à Germanis Cæsaribus in fidem & amicitiam receptos esse, vt præter honorem, quem Cæsareæ maiestati deberent, cætera immunes essent & liberi, tantum abfuit, vt Imperator acquierit, vt bellum Regi intulerit *Dubrau. l. 18. histor. Boiem.* Et licet Duces Bohemiæ subinde in ordinem redacti sint, vt & ab Othone III. semel atque iterum, à Rudolpho I. Ludouico Bauaro, &c. factum historiæ testantur, nihilominus rebellionis fuerunt studiosissimi: vt & hæc nostro sæculo antiquam suam naturam produnt, quodque verum sit illud *Poetæ* ostendunt:

Naturam expellas furcâ tamen vsque recurrit.

Ex primâ hac quæstione fluet. 2. *Num hodie Rex Bohemiæ sub Imperio sit:* Dubitant nonnulli ex eo, quod Rex Bohemiæ ad comitia & conuētus Imperij ordinarios non vocetur, nec circulo alicui addictus *Marquard. Freher. in not. ad Petr. de Andlo l. 2. c. 2.* nec contributionibus aliisque Imperii oneribus. *Hortm. Maurus de coronat. Caroli V. Recess. Imperii de anno 1500. rubr.* Wie man mit den Königen ꝛc. imò nec constitutionibus Imperij obnoxius sit. *Recess. August. de anno 1551. §. 53. 54.* Nos hisce non obstantibus, ad quæ infrà respondebimus, affirmantem intrepidè recipimus, & sequentibus firmamus. 1. Quia Imperator contra omnes & cuiuscumque status personas fundatam habet intentionem. *in constit. de nouo Cod. fac. c. in apibus 7. qu. 1. Restaur. Castald. de Imp. q. 52. n. 4. in fin. Cacheran. cons. 13. n. 1. Cephal. cons. 369. n. 69.* 2. arguit id exceptio, quæ circa Electionem noui Regis versatur & habetur *in c. 7. §. 3. A. B.* Exceptio verò ostendit, id iuri subiectionis in aliis relinqui. *l. quæsitum 12. §. idem respondit 43 ff. de instr. leg. Phil. Dec. in l. 1 ff. de R. I.* 3. Priuilegiorum concessio in eo, qui concedit, superioritatem, in eo, cui conceduntur, subiectionem arguit. *Carol. Tapia in rubr. de constit. Princip. c. 4. n. 30. & seq.* Imperator autem ei priuilegia concessit. *c. 8. A. B.* 4. Quicunque collectas Imperio soluere coguntur, facto eo se subiectos esse ostendunt. *Natta cons. 636. n. 79.* Ex Imperij verò matriculis constat, Bohemios ante hæc tempora easdem contribuisse, sicuti ex *editis Brunouicensibus Actor. tom. 2. matriculis* videre est. 5. Subiectionem arguit reuerentiæ exhibitio *c. solitæ extra de maior. & obedient. Cephal. cons. 369. n. 62.* atqui etiamnum hodie Imper. in Italiam proficiscentem in personâ Rex Bohemiæ sequi cogitur. *Hartm. Maurus de coronat. Caroli V.* 6. Subiectionem etiam euincunt inuestiturarum

rum exempla,tum aliorum,tum maximè Ottocari: Hunc enim debitum obsequium Rudolpho I. præstitisse subque vexillo de ipsâ Boiemiâ inuestitum fuisse testatur *Dubrau.l.17.Bohem.hist.Æneas Sylu.in Bohem.c.27.& in histor.Austral.anno 1267.* Hæc petitio renouationis inuestituræ tempore Friderici III. neglecta fuit, ideo Imp. regni eius ordinationem suam esse asseruit. *Æneas Sylu.in Bohem.c.72.* 7. Regnum Boiemiæ Imperij feudum esse manifestè euincunt *text. A.B.c.7. §.fi.c.24.§ si cæteros c.26 in pr.& inordinat. Camer.p.1.l.29.§.*die geschwornen considerando personam loquentis. 8. Ferdinandus I. Imperator ordines Bohemiæ alloquens Cæsaris beneficiarios nominauit. *Ioan. Sleidan.l.18.de statu Relig.* 9 subiectionem arguit officium Regis,quod Imperatori Romano vigore *A.B.c.27.§.5.*exhibere debet. 10.Iudicia Imperatores in Reges Boiemorum exercuerunt,citarunt, contumacesque declararunt. *Cuspin.in Rudolpho 1.*Sic Ottocarum tribus vicibus ab Imperatore Rudolpho I. citatum, emanentemque contumacem declaratum fuisse refert. *Auentin.l.7. Annal.Boior.* Ad quam rem facit apprimè sententia Cameræ, quam habet *Christoph.Barthius tom.1.sent. fol.376.anno 1514.18.Ianua.*lata: In sachen N. contra N. ist erkand / daß dieselben appellaten vnuerhindert jhrer einrede/ auff der Appellanten einbrachte klag litem contestiren vnd antworten sollen / vnd wollen sie die appellanten gegen den Regenten(quem fortè Ludouicus Rex in Hungariâ tum degens reliquerat) in Böheimb auff angezogene peen procediren/ sollen sie denselben Regenten darzu/wie recht/ citiren lassen. Ex quâ Regem Bohemiæ in Camerâ conueniri posse,adeoque imperio subiectũ esse liquidò apparet. 11. iuuat,quod impuberi Bohemiæ regi tutor ab Imperatore datus sit.*Dubrau.l.20.in pr.histor.Bohem.* 12.Accedunt autoritates eorum,qui regnum Bohemiæ imperio subiectum,eiusque feudum esse rectè asserunt,*Sigismund. Loffrid.in paraphr.feudal.c. 5. de nouâ formâ fidelit. Aluarott.in tit.quis dicat. Dux. Camill. Borell.de præstant.reg.Cathol.c.47.n.12.Vincent. Cabot.l.1.disput.iur.ciuil. c. 2. Marta Neapolit.de iurisd.p.1.c.26.Marq.Freher.in not.ad Petr.de Andl.l. 2. de Rom.Imp.c.2.f.167.*vbi refert ex *Cosmæ Pragensis Decani Chronico Boiemico* Imperatores Ducibus Bohemorum regium titulum aliquoties contulisse, & ab illis vicissim pro superioribus fuisse agnitos *Ludou. Fachs.consf.4.n.21.post.l.2.consf.Modest.Pistor.& Marc. Anton. Peregr. consf.2.n.3.lib.3.* Ad superius obiecta respondemus: licet enim quo ad hæc Rex Bohemiæ sit priuilegiatus,inde tamen non sequitur, quod totaliter subiectioni exemptus sit,in signum enim subiectionis, vt dictum est,Imperatorem subsequitur,eique inseruit &c.& aliud est quærere

rere an subiectus sit? aliud an à collectis alijsque oneribus immunis sit? Si enim respectu horum quis exemptus sit, non propterea tamen subiectus esse desinit. Vnde Comes Hollandię quondam pro Imperij Principe habitus fuit, & tamen liberrimus fuit, vnde cum Wilhelmus in ordinem equestrem ante coronationem Imperialem reciperetur, ita iuramẽtum exorsus est: Ego VVilhelmus comes Hollandiæ, militiæ Princeps Sacri Imperij vasallus liber &c. Sic Archiduces Austriæ alijque Imperij status multis ornati sunt priuilegijs, & tamen Imperio subiecti manent & sunt. Exemptio itaque in subiectione Imperio prȩiudicare nequit, sed in casibus non exemptis manet ius eiudẽ saluũ & illibatũ. Q. III. *Quis primus ex ducibus Boiemorum Rex creatus fuerit? Abbas Vrspergens. ab* Henrico V. Imp. ex Duce ad Regnum adsumptam fuisse autumat. Sed magnum errat errorem. Qui enim res gestas & Boiemorum historias consignârunt, tradunt, ad dignitatem regiam Vratislaum Bohemiæ Ducem ab Henrico IV. anno 1086. euectum fuisse. *Æneas Sylu c.22. de Bohem. Dubrau. l.9. in pr. histor. Boiem. Cyriac. Spangenb. in Chron. Mansfeld. c.205. Crass. Annal. Sueuic. p.2. l.8. c.17. David. Chytræus in Chron. Saxon & vicinarum gentium aliquot l.1. fol.36.* vbi seriem veterum Bohemiæ Ducum & Regum recenset quibus accedit eximius ille Chronolog⁹ *Iacob. Gordon. in Chronol. anni 1086.* Post Vratislaum annis plurib. interregnũ fuit, nã Conradũ Fratrẽ eius, ac deinde Vratislai filios non Regis nomine, sed Ducis tantum vsos esse constat, tanquam Regni decus homini, non prouinciæ datum esset. *Æneas Sylu. in Bohem. c.24.* donec Vladislaus ex fratre nepos à Friderico I. suo hæredumque nomine iterum regiam dignitatem consecutus est. Quod præter *Radeuic. l.1. de reb. gest. Frider. I. C. 13. Otho. de S. Blasio in append. ad Othon. Frising. c.28. in f.* in dicat *Gunther. in Ligurino lib. 6.*

Hoc quoque conuentu procerum Dux ille Boiemus
Fama Labeslaum, quem nominat, ob sua gesta
Fortiter, & Bello nuper spectata Polono,
Ex Duce Rex fieri meruit, gessitque potenti
Sceptra manu, cinxitque nouo diademate crines.

Idque anno *1186. Onuphr. Panuin. Roman. Princip. l.3. in Geneal. Ducum & Regum Bohemiæ fol.228.* Quod autem subinde Bohemi vsurpârint titulum Ducis, præter causam iam ex *Æneo Syluio* allatum duas subindicat *Albert Krantz in VVandalin l.7. c.19. & l.8. c. 2.* prima fuit, quod filijs titulo Regis se abstinuerint, & populus (altera est) potius Ducem quam Regem exoptauerit, vt ita factum dominantis temperaret.

rot. Q. IV. *An Bohemia pars Germaniæ sit?* Hanc quæstionem in diuersa trahunt scriptores: Bohemiam partem Germaniæ volunt. *Æneas Syluin Bohem. c. 1. Marq. Freher. ad Petr. de Andlo l. 2. c. 2. p. 167. Dubrau. hist. Bohem. l. 9. in pr. Munster. l. 3. Cosmograph. in descript. Bohem.* & alij. Alij contra negant: *Abbas Stadensis ad annum Domini 1240.* scribit: Bohemiæ Regem pincernæ quidem munere fungi, verum non eligere, quia non sit. *Et legislator Saxo l. 3.* Landtrecht *art. 57.* Bohemiæ Rex pincerna est, qui non eligit, quia nostræ non est nationis. Idem habet *l. 1.* Lehnrecht *art. 29. §. 1.* Vnde Electores Principes Imperij Bohemium pro Germaniæ prouincia nec olim agnouerunt. *Henric. Goldast. ab Haiminsfeld. p. 2.* Reichssatzungen *fol. 63. §. anno 1370. & fol. 67. §. anno 1383.* & Carolus Quartus Imperator. statum nunquam in Bohemiam, vt iudicium ibi ceu in loco extra Germaniam sito acciperent, euocasse testatur *auctor tractatus manuscripti* furstlicher außfuhrung / daß Chur vnd Fürsten nicht schuldig in allen vnd jeden sachen an Keyserlichen Hoff zu recht zustehen. nec etiamnum agnoscunt. Imò Imperator Rudolphus II. cum inter ipsum & quosdam Imperij ordines ante annos aliquot mutuis scriptionibus eâ de re disceptaretur, Bohemiam à Germaniâ separatã esse infiteri non potuit. Nos distinguimus & dicimus, quod sub Germaniâ magna, qualem Geographi describunt, Bohemia Germanis populis vndique circundata & incincta haud dubiè comprehendatur, & ita priorum opinio Saluatur: Si verò de Germaniâ, quatenus quâque ratione hodie ab alijs regnis ac prouincijs discernitur, intelligamus, negamus Germaniæ partem esse. Non enim linguâ Germanicâ Bohemi nati (nisi in confinibus Germaniæ sint, aut à Germanis addidicerint) vtuntur, nec legibus aut institutis Germanorum reguntur. Et ita posteriorum sententiam acceptam volumus Q. V. *An inter Electores referri debeat?* In quatuor opiniones homines doctos abire inuenimus. *Auctores* primæ id negant: quia Teutonicus non sit: *Abbas Stadensis & speculum Saxonicum* locis proximè citatis. Verum posito, quod Teutonicus sit, an ideo inter Electores referendus? non putamus: non enim, quia Teutonicus est, aut non est, sed quia Pincerna & adeo insigni Imperij officio prĉditus est, ius eligendi habet. Sic ergo debuissent concludere: Rex Bohemiæ eligit, quia Pincerna, licet Teutonicus non sit. *Autores* secundæ opinionis putant, Regem Bohemiæ ante A. B. nullum in electione votum habuisse, *Albert. Krantz l. 4. Saxon. c. 25. & 28. & l. 9. c. 26. Iacob. Spiegel. in addit. ad Gunther. l. 5. in Ligur. in pr. Simon Schard. de Electos orig. c. 9.* Sed hi manifestè refutantur per *c. 7. A. B. in pr.* ibi *sanè generaliter, longè lateque. Autor* tertiæ sen-

ten-

tentiæ est, *Hostiensis in c. venerabilem extra de elect. & elect. potest.* dum ait: Regem Bohemiæ facto hodie ius eligendi sibi arrogare. Huic reclamat *A. B.* passim. *Autores* quartæ sententiæ largiuntur quidem Electoris eum partibus fungi, sed tum demum cum paria sunt Electorum vota, *Canonistæ in c. venerabilem extra de elect. Petr. de Andlo de Rom. Imp. l. 2. c. 2. Fulu. Pacian. l. 2. de probat. c. 35. num. 26. Ioan. le Cirier. de primogenit. l. 2 qu. 12. §. neque obstat. inf. Arnold. Clapmar. l. 6. de Arcan. Rerump. c. 19. Nicol. Serrar. Mogunt. l. 1. ca. 24. Robert. Bellarm. de translat. Imp. l. 1. c. 1. Paulus Iouius l. 30. histor. Theodor. Zwinger. in Theatr. vit. hum. vol. 18. l. 4. fol. 2875. Georg. Schönbörner l. 5 polit. c. 33. Ioan. Dubrauius* alioquin diligens regiæ Bohemicæ dignitatis adsertor *l. 6. histor. Bohem.* vbi ait: additus tamen sex illis Principibus postea Rex Bohemiæ fuit Elector septimus ad tollendam discordiam, quæ inter pares numero pari suffragio concurrente nonnunquam intercedebat. Nos miramur esse & inueniri quosdam iuris publici adeò ignaros, qui hoc modo Boiemum electoris officio fungi statuant. Et magis miramur, fœdum hunc errorem, qui exteris parum de Republ. nostrâ Germanicâ sentientibus condonari posset, à Germanicis quoque scriptoribus errari. Nos purum omninò votum Regem Bohemiæ habuisse & habere etiamnum statuimus. 1. quia *c. 4. § 3. A. B.* votum tertium Regi Bohemiæ, & ita primum inter electores sæculares Carolus IV. adsignauit. Ex quo vltrò sequitur, quod non saltem paribus suffragijs existentibus interueniat, Quod subodoratus *Iacob. Aug. Thuan. homo Gallus in* hæc verba scribit: nec minus plerisq; suspectũ est, quod vulgò itidem iactatur, Regis Bohemiæ partes esse, vt paribus suffragijs interueniat: cum ei tertium in dicendâ sententiâ locũ nominatim aurea Bulla Caroli IV. attribuat 2. probatur *c. 7. §. 1. A. B.* Sanè generaliter longè lateq; & publicum quasi per totum orbem notoriè manifestum (sunt verba textus) Illustris Regem Bohemiæ &c. cum cæteris Principibus Ecclesiasticis suis coëlectoribus ius, vocem & locum habere, vnà cum ipsis censeri & esse veros & legitimos sacri Imperij Principes Electores &c. quid, quæ sumus, verbis his clarius reperiri possit? 3. purum votum Regem Bohemiæ obtinuisse ex constitutione Rudolphi I. probatur, quæ extat apud *Marq. Freher. tom. 1. Bohem. p. 116. & 117. & Henric. Goldast. ab Haiminsf. tom. 2. constit. Imper. anno 1290.* Hæc verò iura pincernatus, ait, & Electoratus, nedum dicto Regi & suis hæredibus didicimus cõpetere, sed & suis progenitoribus abauis, atauis & auis plenissimè iure competebant. Cuius & meminit *Dubrau.* sui oblitus *l. 18. histor. Bohem.* 4. Rupert. Comes Palatinus in diplomate suo, quo iura Electoris Boiemæ

F

iemię in comitijs Metensibus cõfirmauit, non obscurè primæ & vltimæ sententiæ autores perstringit, nostramque firmat: Nonnulli filij tenebrarum, *aut*, oculis cæcutientibus à diuinâ luce remoti in meridianâ palpitant claritate, sicut in noctibus, & offendicula laqueosque præparant iniquitatis & sceleris, diabolicâ inuidiâ suggerente iugũ veritatis deterre prę mole grauissimi ponderis coagulati mendacij nequẽtes super ipsis offendiculis corruũt, & suorum laqueis iniquorũ cõceptuum se inuoluunt, vt lucem tenebras iudicẽt, & tenebras ipsam lucẽ. Igitur ad abundãtioris cautelę pręsidium, vt pręfato serenissimo Principi Domino Regi Bohemię & successoribus & hæredib. suis Regib. Bohemiæ in perpetuum securius caueatur & c. apud *Goldast. to. 2. const. Imperial. fol. 91. 5. in Electione* Friderici II. Imp. primas partes tenuisse Regem Bohemiæ ex constitutione de priuilegiis Regis Bohemiæ ab ipso promulgatâ videre est apud *Goldast.* in Reichshandlung. *de an. 1212. 6.* Ante A. B. semper purum votum habuit *Henricus Rebdorfius anno 1314.* vbi in Electione Ludouici Bauari tertio loco numeratur. 7. Electoratus & munera, quibus funguntur Electores, nexu iunguntur adamantino, nec altera ab alteris seperari queunt. *Andr. Knichen. de iure Saxon non prouoc. v Electorum c. 1. n. 216.* Ex quo sequitur, Regi Bohemiæ vti Pincernæ, ius eligẽdi purè cõpetere. 8. Omninò facit, quod vt coelectoribus cæteris specialiter concessæ sunt ciuitates & arces, quas electorio nomine obtinent. ita etiam Lusatiam inferiorem ad Regem Bohemiæ pertinuisse, ceu electoris possessionem *Georg. Fabric. orig. Saxon. l. 5. f. 542.* 9. Et ideo cum in Electione Maximiliani I. Regis, ob mutuas inimicitias præteritus fuisset, pœnam A. B. acerrimè postulauit, arma etiã minitatus est, nec in gratiam redire voluit, nisi hac conditione, vt remitteretur Regib. Bohemię ius illud, quo Imperatores Romã in personis (vt loquuntur) comitari coguntur, aut ipsi liceret, eius vice 800. ducatos exoluere. Quod cum negatum & recusatum esset ab Electoribus transactione initâ conuenit, vt sub pœnâ 500. marcarum auri puri Reges Bohemiæ in posterum excluderentur, & ita Ladislaus Electionem Maximiliani I. ratam habuit. Vsi fuerunt Principes hac etiam excusatione, electionem illam non ex prædestinato, sed ingentibus de causis subitariè celebratam. *Hartm. Maur. de coronat. Caroli V.* Pacti illius tenorem videre licet apud *Goldast. tom. 2.* Reichssatzungen *p. 178.* Ex his fundamentis, si rectè opinamur, corruit sententia autorum quartæ opinionis.

(45) (45) Obiter illud hic addimus. Bohemis eligere indultum esse; priuilegiũ datum est illis ab Imp. Philippo in comitijs Moguntiæ an 1200 secundum

secundũ *Matt.Dresser.in millen.6.p.2.vbi de Bohem.in 35.Duce.*& confirmatum est à Carolo IV.*c.7.§.3.A.B.*Quæritur hic.*quando cæteris Electoribus additus sit?*Inter scriptores hac de re non constat. *Dubrauius historicus Bohemus l.18.hist.Bohem.*Wenceslao Regi Bohemiæ à Rudolpho I.Imp.primitus dignitatẽ Electoralẽ collatã fuisse, asserit. Alij ad Friderici I.Imp.tẽpora huius ortũ referunt,*vt supra concl.5 n.25.*attigimus.verũ *Dubrauius* apud nos vix fidem inueniet, qui sciamus,quod tunc temporis cum Bohemus Elector factus Dux nõ Rex fuerit? *Simon Schardius c.8.de orig.Elector.*& omnes ferè autores,qui Electorum institutionis mentionẽ inijciunt,Bohemum Regem appellãt.*Io.Cuspin. in vita Ottonis III.Io.Naucler.gener.34.*& alij non eo sensu, quod Ottonis tempore Rex fuerit,sed quod tunc,cum illi scripserint,Rex esset vtpote qui ipsi tradiderint,Ducem Bohemię Vladislaum à Friderico I. regio diademate insignitum.Etsi Wenceslao, vt *Dubrauius* vult, Ottocari filio dignitas Electoralis primitus collata foret,falsus esset Rodolphus I.qui abauis & atauis Bohemię Regis iura Electoratus & pincernatus competijsse adser:t,vt diximus *n.anteced.* Nec primas in Electione Friderici II.& Gulielmi Comitis Hollandiæ obtinuisset.De regis Bohemiæ & regnicolarum eius immunitate vide *c.8. A.B. Carol. IV.*vbi latius *in nostris commentarijs.*

(46)Ratione horum officiorum electorum,antequam ad singulorum explicationem perueniamus,quædã generaliter pręnotãda se offerunt. I.quod primitus fuerint temporaria, & merè ad Imperatoris nutum.Cũ Henrico defuncto filius eius Otto in Regem Romanorum Electus esset,Duces administrabant,inquit *VVitikindus in pr.l 2.de gestis Ottonis,*Lothariorum Dux Gisebertus, ad cuius potestatem locus ille pertinebat,omnia procurabat,Euerhardus Mensæ præerat,Erimãnus Francus Pincernis,Arnoldus equestri ordini & eligendis locandisque castris præerat. Sic cũ idem Otho III.Quedelburgi Solemnia Paschatos instructo regio cõuiuio celebraret,Dux Bauariæ Dapiferi,Dux Sueuiæ & Franciæ Camerarij,Palatin. Pincernæ,Saxo Marescalli munus obijsse legimus apud *Ditmarum l.4.fol.36.Georg.Fabrit orig.Saxon. l.2.fol.213.*postea vero sancitũ,vt hæc officia imperialia Electoriæ dignitati indissolubili nexu cohærerẽt. *Andr.Knichen.in com.in ius Saxon. v.Electorum c.1.n.87.*tum vt Electoria excelsitas augustior conspiceretur,tùm ne nouus labor recurrentibus comitijs semper Imperatori accresceret,tũ ne vnus præ alio respectus despectusue de Clementiã Imperiali conqueri posset II. Ex hoc ipso Impp. nostrorũ maiestas elucescit,quod non homines plebeios & vulgares suis ministeriis,nõ pue- (46)

ros delicatos suis tricliniis, sed Principes viros adhil eri voluerint: neque Principes ipsi suæ dignitati indecora illa ministeria vnquàm habuerunt *Marq. Freher. c. 15. de origin. Palat.* Abeat igitur *Audius ille sine bono* (ita *Bodinum* vocat *Cuiac.*) qui *l. 1. de Repub. c. 9.* nugatoriè nugagatur, Electores ob hoc seruorũ instar à Cæsaribus habitos. Quod enim Alphonsus Rex Arragonum quem cum Fridericus III Imp. post coronatione Romanã inuiseret, eique Alphonsus non solum claues Regni Neapolitani cum summo Imperio detulisset, sed submississimè se erga ipsum gereret. *Panormit. l. 4. de dictis & fact. Alphons. Regis* suis vt maiorẽ regiæ dignitatis rationẽ haberet cõmonentibus respõdit: Quantò cæteros Reges Maiestas Imperatoris antecellit tantò magis cæterarum gentiũ Reges eandem obseruare decere, ad se quoq; pertinere celsissimi Principes subiectissimis agnoscunt animis. III. Nec hoc prætereundũ, quod Henricus II. Imp. cognomento Claudus, posteà, quod in sanctorũ numerum relatus esset, sanctus dictus, comitatu Bambergense, sibi & Imperio aperto, posteaquã eum in Episcopatũ liberũ & à Metropolitarũ iurisdictione exemptũ cõmutasset & erexisset, & illis eximiis priuilegiis redditibusq; ornâsset & dotâsset, pro sũmo affectu quo locum istum, omnium rectè iudicantium & sentientium iudicio in totâ ferè Germaniâ amœnissimũ prosequatur, grandius ei, quod tribueret, nõ inuenit, quã vt quatuor illos Principes Imperii officiales, eisdẽ officiis & ministeriis Episcopatui illi suo adscriberet. Et sanè in hunc diẽ Electores sæculares ea ipsa officia, cum annexis commodis suis in feudũ ab Episcopatu illo recognoscunt, & per vicarios suos ex equestri ordine, quibus deinceps in feudum eadẽ concedũtur, gerere & deseruire adsolẽt: Bohemus per illũ Von Aufsäß. Palatinus per illũ von Pomersfelden: Saxo per Marescallum von Ebner: Brandenburgicus per illum von Rotenhan. Augustissimum hoc & æternâ memoriâ dignissimum huius Episcopatus ornamentum à Catholicis nostris feri eum D. Cunigundis filum vulgò appellatur, *Caspar Bruschius in Catalog. Episcop. German.* & quia Bamberga siue Papeberga, muro & vallis, vti constat, munita non est, in ore vulgi hoc est, Papebergum muro non esse cingendam, quod S. Cunigundis eam sericeo filo pro muro circumdederit. *Andreas Presbyter in Chron. Bauaria 32.* IV. Minuendus est hoc loco error apertissimus *Bruschij*, quem tamen errantem sequuntur coërrantes *Cyriac. Spangenb. Chron. Saxon. ca. 161. Peucer. l. 4. Chronic. Christoph. Sturcius de Imp. Roman. cap 36. n. 12.* in vitâ Henrici Sancti: dũ scribit: Henricũ II. Imperatorẽ constituisse, vt quatuor Electores sæculares feuda Electoratus ab Antistite Bãbergensi petere &, acci-

accipere necesse habeant: siquidem noto notius est, quod Electores seculares munia & feuda Electoralia immediatè ab Imperatore recognoscant, & ab Aulâ solemni ritu accipiant. *Andr. Knichen. d. v. Electorum c. 1. nu. 156.* V. Habent hodiè Electores sæculares suos Vicarios & subofficiarios: Bohemus Pincernam siue den Erbschencken de Limpurg: Palatinus Dapiferum den Erbtruchsaß de Walpurg: Saxo den Erbmarschaln Baronem de Pappenheim: Brandenburgicus den Erbkammerer Comitem ab Hochenzollern. *Marq. Freher. ad l. 2. Petr. de Andlo c. 15. verb. Subcamerarius.* VI. Atque hæc singulorum Electorum & vicariorum eorum officia in solemnibus curijs vt & in coronatione Regis & Imp. peraguntur. In aulâ verò & quotidiano vsu Cæsarum erant aliæ generosi stemmatis personæ, quæ talibus muniis defungerentur sicuti exemplis eleganter demonstrat *Marq. Freher. d. l.* VII. Quid si aliquem Electorum abesse contingat, quisnam eius administrabit munus, Legatus, an verò vicarius (cum hæc controuersia in coronatione Caroli V. de facto mota esset, pro Vice-pincernâ Regis Bohemiæ pronunciatum ait *Hart. Mauri. de coronat. Caroli V.* Similiter in coronatione Matthiæ prædefuncti Imperatoris Comitem de Hohenzollern non verò Electoris Brandenburgici legatum Subcamerarij munere defunctum attestatur *Iessenius de coronat. Regis Matthiæ* & ipsi met, coronationi siquidem interfuimus, obseruauimus. Hactenus de ijs, quæ in considerationem generalem veniebant; Nunc de Officio Regis Bohemiæ. Est igitur Rex Bohemiæ Pocillator, pincerna siue Archipincerna Imperij. Primum enim potum in celebratione Curiæ Imperialis afferre tenetur. *c. 25. A. B.* Quo ipso error *Restaur. Castald de Imper. q. 1. n. 21. v. 25.* indicatur, dum scribit, Regem Bohemiæ nisi liberâ voluntate voluerit non teneri ad primum Imp. potum ministrandum. Quæritur hic: *An si voluerit sub coronâ regali ministrare poterit?* Affirmat *Hartm. Mauri de coron. Caroli V.* Quod probatur vlterius ex constitutione Ruperti relata *à Goldasto tom. 2. constit. Imper. p. 92.* ibi Archipincernatus officium coram I. vel R. R. in solemnibus curijs sub coronâ regali exercere non debet, neque tenetur ad hoc, nisi velit facere spôtaneâ voluntate, poterit tamen iuxta beneplacitum in præsentiâ I. vel R. Roman. dum solemnes curias celebrare contigerit procedendo, sedendo, vel stando regalem gestare coronam.

(47) De huius vt ex Ducis & Electoris Saxoniæ vicariatu latius in commentariis nostris super *c. 4. A. B.* Electoratum Palatinum ad Rhenum ab eo tempore, quo Electores fuisse inuenimus, quinque familiæ tenuerunt. 1. Francica Lotharingica Mosellana, è quâ Electores duo (47)

 ortis

orti. 2. Cattorum & Francicorum ex quâ vnus Cuno siue Cunradus. 3.Sueuica ex quâ Cunradus Sueuiæ Dux. 4.Guelphica ex quâ Henricus.5.wittelsbachica & Bauarica ex quâ Nouendecim.

(48) (48)Clarissimus *Christophorus Gevvoldus* Consiliarius Illustrissimi Ducis Bauariæ *Marquardo Frebero* & alijs Consiliariis Comitis Palatini mouit controuersiam: *vtrum dignitas Electoralis propriè competat domui Bauaricæ an Palatinæ Rhenanæ?* Sed non nobis fas tantam componere litem: scripta *Gevvoldi & Freheri* extant publica, ad quæ lectorem auidum remittimus.

(49) (45)Hic in equo scutellas argenteas ponderis duodecim Marcarum cibis repletas Regiæ mensæ imponit *c.27.§.4.A.B.*

(50) (50)Duces & Electores Saxoniæ ius prouocationis nescium, veluti peculiarem præeminentiam & κειμήλιον, aurum Tholosanum exuperans sibi vendicant, primitus nobili vsu, memoriâ hominum experte, quæsitum postmodum ab Imperatore Ferdinando anno 1559. priuilegio obfirmatum. *Andr. Knichen de iure Saxon. non prouoc. c. 1. Albin. in histor. Misn. p. 1. tit. 16. & Pet. Heig. p. 1. q. 4. n. 37.* in Electore Saxonico peculiaris ratio militare visa est, quod scilicet is sit singularis defensor iuris Saxonici constitutus.

(51) (51)Officium hoc permansit in quinque familiis. 1. Ex Hermanni Bilingi posteris Ducum Lunæburgensium, ex quâ non tres, vt quidam volunt, sed quatuor numerantur. Bernhardus Hermanni Bilingi de Stubeckshorn filius. Bernhardus II. eius filius Elector Saxoniæ Dux Angriç & Westphaliæ, Ortolphus eius filius. Magnus filius eius. 2. Comitum Supplenburgi, è quâ vnicus Lotharius, postea Imperator. 3. Ducum Bauariæ Guelphorum, è qua duo. 4. Principum Anhaltinorum siue Ascaniæ, è quâ octo: in hac durauit Electoralis dignitas annis 227. Secundum *Fabritium*: vel 242. Secundum *Spalatinum. tit. 2. fol. 29.* vel 253. secundum *Faustum in* Stambaum *fol. 162. & in anatom. statua Danielis p. 4. fol. 339.* V. Comitum wettinensium & Marchionum Misniæ ex witekindæâ domo: è quâ Electores vndecim. De his plenius & planius *historici Saxonici.* Duæ hic oriuntur quæstiones grauissimę, quarũ prior: *An absque iniuriâ Ducum Saxoniæ Lunæburgensium Sigismundus Imperator Ducatum & Electoratum Saxoniæ Friderico I. Bellicoso Marchioni Misniæ concesserit?* Affirmatiuam, vt veriorem firmat *Andr. Knichen de iure Saxon. non prouoc. v. Electorum c. 2.* cõtra *Albert. Krätz in Saxonia l. 8. c. 28. & l. 9. c. 19. cum seq. & l. 10. ca. 3.* Posterior: *Vtrum sine iniuriâ Anhaltinorum Principum? Andr. Knichen d. l.* Sed manum de tabula.

(52)

(52)Elector Saxoniæ portitor ensis, Marescallus, præfert ensem nudatum & strictum Imp. in signum iustitię, cuius etiam insigne sunt duo gladij decussatim compositi: Sic olim Præfectus Pretorio gladium Imperatori præferebat insignum meri Imperij *Petr. Faber. l.1. semestr. c.3.* Ita apud Byzantinos fuerunt spatarii, & protospatarij qui & spataferij dicuntur. De officio eius est *§.1.c.27. A.B.* (52)

(53) Quemadmodum Marchia varios experta est possessores iuxta *versiculum:* (53)

Mutauit Dominos Marchia sæpè suos.

Ita etiam ad diuersas familias officium cum Electoratu peruenit. 1. Comitum wettinensium, è quâ tres. 2. Comitum Stadensium è quâ quatuor. 3. Comitum Ascaniæ & Principum Anhaltinorum: è quâ tredecim. 4. Comitum wettelsbachiorum & Ducum Bauariæ, è quâ tres. 5. Lunæburgicam, ex quâ duo. 6. Comitum Zollerensium & Burggrauiorum Norimbergensium, ex quâ nouem.

(54) Electoris Brandenburgici priuilegium de non appellando confirmatum fuit à Rudolpho II. anno 1586. De Officio eius vid. *ca.27. §3. A.B.* (54)

(55) Cubiculi regij custos, fisci præfectus, cuius insigne olim clauis: apud Græcos Camiclinos. *Gunter. in Ligur. l.8.* (55)

Hic Camiclinus erat, nobis Camerarius idem.

X I.

Dignitas Electuræ sæcularium & politicorum Electorum terræ ipsi destinatæ non modo inhæret; (56) sed & illis ius acquisitum regulariter durat. (57) & successione gaudent. Non tamen simpliciter: sed ex iure primogenituræ: (58) & ætatis anno 18. (59) vel si infra sint eius nomine tutor vel administrator (60) qui debet esse senior frater (61) iura Electoralia exercet, vsque dum legitimam 18. annorum ætatem compleuerit. (62) Quod exercendi ius sibi propriũ vt tutor vigore aureæ bullæ rectè asserit (63) si verò familiæ continuatio intercidat, de ipso Imperator prouidere poterit & debebit, solius Bohemiæ regni priuilegiis. (64)

(56) *Aur. Bull. c.7.20. & 24. Orat Heydelb. 2. p.44. & 46.* (56)

(57) Regulariter diximus, nam & Electores ob aliquam culpam iure quæsito priuantur. *Henric. à Rosenthal c.10. de feud. n.32.* (57)

(58) Multæ hic & grauissimæ quæstiones oriuntur. 1. An testamento (58)

patris

patris filio natu primo auferri queat successio Electoratus? 2. Vtrum primogenito nato ante quam pater successit in Electoratu secundo genitus à patre Electore prognatus præferendus? 3. An si primogenitus moriatur absque hæredibus, & extent filius secundogenitus & tertio genitus hic illi præferendus? 4. Vtrum mortuo Electore absque hæredibus, si diuersæ lineæ eiusdem tamen stirpis duorum fratrum filij extent, minoris fratris filius ratione suæ ætatis maior præferendus sit minori ex fratre maiori nato? Hæ quæstiones & aliæ similes hic decidendæ essent, nisi de iure successionis & transferendi Electoratus latè tractâssemus in *discursu nostro de* REGIA SVCCESSIONE *& in commentariis nostris super A.B.*

(59) (59)*c.7.§.2.A.B.*

(60) (60)*d.c.7.§.2.A.B.*

(61) (61)Siue agnatus. *Huic an præferendus sit, quem pater testamento dederit?* acerrimè disputatur: eademque controuersia bis in eâdem domo Palatinâ Rhenanâ diuerso tamen effectu agitata est. Et quidem *Heydelbergensis ICti* priori casu id negârunt, & rectè. Nuper affirmârunt, & adhuc adfirmant magis vt nonnulli suspicantur, propter status quàm iuris rationem, vt necesse tandem habeant ad eiusmodi limitationem deuenire, non posse scilicet testamento auferri, nisi conditiones statum Electoratus maximè in religionis articulo concernentes tutor legitimus futurus respuat. Nos hic nihil addimus, cum quæstionem hanc in *d. discursu de Regiâ successione & in comment super c.7. A. B.* latius explicuerimus. Interea diligens lector publica scripta *Marquardi Freheri. Dionysii Gothofredi Heydelbergensium, Zeschlini, Friedenzichs Neoburgicorum consiliariorum* & aliorum quos longo stylo allegat *Anton.Coler.de iu[illegible] Germ.concl.56.* videre & legere potest, ex quorum collatione, si [illegible]dò mens adfectuum pura sit, verum à falso distinguere, & cui magi[illegible] [illegible]eoburgico an Bipontino accedendum diiudicare facilè poterit. Hoc solummodò superaddimus, Ioannem Bipontinum veluti tutorem testamentarium in possessorio obtinuisse, decreto eâ de re à Cæsare Rudolpho II. mense Iulio anno 1611. lato des inhalts: daß der jetzige Administrator zu Heydelberg in ruhiger possession biß zue ordentlichen vnd volligen außtrag & saluo iure tertij verbleiben vnd der gestalt confirmirt sein soll/ das J.F.G. zue allen actibus vnd conuentibus Electorum berüffen vnd gezogen werden soll vnd möge: quemadmodum & paulò post in conuentu Electorum 1611. mense Octobri Norimbergæ celebrato deliberatione habitâ, iuramentoque prius apud Moguntinum præstito in collegium Electorale saluo

tamen

tamen iure Neoburgici admissus fuit. Vt ipsimet scimus, vtpote qui conuentui interfuimus.

(62) Quæritur hic, *An tunc non solum ius eligendi Imperatorem, sed etiam totius territorij gubernationē consequatur?* Non leuibus rationū momentis agitata fuit hæc quæstio anno 1592. inter Richardum Comitē, Palatinum Rheni & Fridericum IV. Electorem post mortem Ioannis Casimiri tutoris & administratoris Electoralis. Richardus enim territorij administrationem ante annum 25. Friderico IV. denegabat: cui adstipulabatur. 1. *Bulla sigismundi Imp. de anno 1434. 8. Mart.* quam refert *Marq. Freher. post. orat. 2. adsert. propr. gubernat. Frider. IV.* cuius hæc sunt verba: Quoad casum eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promouendum 18. annorum censeri volumus, & haberi, in Principatibus autem Ducatibus & Dominijs alijs tēporalibus gubernandi ætatem obseruandam decernimus prout à Diuis Roman. Imp. ac Regibus nostris prædecessoribus est sancitam &c: 2. Quia à plærisque *DD.* traditur, Regibus, Principibus & Comitibus etiam inuitis vsque ad 25. annum curatores dari nec gubernationem ante ipsi permitti debere *per l. ad Rempubl. 8 ff. de muner. & honor. C. grandi 2. de suppl. prælat. neglig. in 6. vbi CC. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de tutel.* vbi subijcit, suo tēpore hoc accidisse in filio Regis Legionensis. *Io. Scheidewin. §. 1. n. 10. I. de curator Andr. Corset. de potest. reg. p. 5. q. 86. numer. 44. Andr. Tiraquell de iure primog. q. 40 num. 207. Oldrad. cons. 52. Ludolph. Schruder. de feud. p. 10. l. 19 n. 209.* maximè coniuncto textu *Recess. Imp. anno 1544. in reformat. tit.* Von den pupillen. 3. Imò alia videtur subesse & militare ratio in Electoratu, quam in principatu. Siquidem Elector in collegio Electorali plures habet collegas, quorum insigni & maturâ prudentiâ ætas eiusdem fulciri potest: in Principatibus & Ducatibus cum ijs destituatur, lubricoque ætatis consilio facilè labi possit, maturiore ætate ei rectè consultum opinari licet. 4. Nec apparet iuris cōmunis dispositio per *A. B.* correcta, sed potius confirmata, ex quâ tutor vocem & potestatem eligendi tantum, non etiam prouinciarum administrationem resignare iubetur. 5. Quid opus fuisset speciali iuris, vocis &c. enumeratione &c. si omnia restituere debuisset &c. Verum his non impedientibus affirmatiua verior. 1. quia omne qui dicit, nihil excludit. *l. fin. ff. de pecul. legat. l. Iulianus ff de legat. 3. 1. solitæ extra de maior. & obedient.* quique totum restituere iubetur, nullam partē poterit retinere siquidem totum est, quod ex omnib. suis partibus absque aliquâ deminutione constat. *l. 2. § filiorum C. quando & quib. quart. pars debet. l. Meuio § aream ff. de legat. 2. Tiber. Decian. resþons. 1. n. 270. vol. 1.*

At tutor noster ius,vocem & potestatem & omnia ab ipsis dependẽtia totaliter cũ officio electorali resignare tenetur. Principatus autem ab illis quoq;dependent,imò sic ijs iuncti sunt, vt ius,vox & potestas eligendi ab ijs separari nequeant *sup.n.56*.Ergo 2.Probat hoc aperte *text. A.B.c.7.§.2*.ibi: Tutor eorũ & administrator existat,donec senior ex eis legitimã ætatem(quæ definitur 18 annis)attigerit:dictio vero DONEC limitatiua est,& restringit dispositionẽ ad tempus expressũ.*Tiber. Decian.resp.1108.n.19.vol.3.* 3.A maiori ad min':Si enim ad iuris ipsius Electoralis administrationẽ habilis est, quantò magis ad sui principatus. Nam rectè *S. Ambros.in l.de off.* An putabo,*inquit*,idoneũ,qui mihi det consilium,qui non dat sibi,&mihi eum vacare credam,qui nõ vacat sibi?quis vtilem alienæ causæ iudicet, quem videt inutilem esse suæ?Non obstat huic nostræ *ratio tertia pro negatiuâ* allata: Sicut enim ibi prudentiâ collegarum:ita hic prudentiâ & consilio consiliariorũ, si opus sit,vti poterit.4.Totalis restitutio facienda,& quidẽ cum officio, quod gessit:Si ergo quid retineat,non erit totalis,quã tamen *text. A.B* vult.5 In suâ potestate non videtur habere,qui non est suæ potestatis *l.sic eueniet ff.ad l.Iul.de adult*. & inciuile est,*ait Iust.Imp*.qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur,& sub alijs regũtur, aliorũ tutelam vel curã subire *§.item maior I.de excus.tutor*. Addit verò *A.B*.quod senior primogeniti & suorum fratrũ tutor erit, donec primogenitus ex eis legitimam ætatẽ attigerit:consequitur ergo ipse post legitimam ætatem suorum fratrum tutelam. Ergo. 6. Communis nostrorũ est traditio,quod quando lex aut cõstitutio aliquem, qui annos 18.natus est,pro homine ætatis legitimæ habet, non secus de illo ac si 25.annum implesset,statuendum erit. *Ernest.Cothman.respons.Acad.14. n.10. Bulla* verò *aurea* dicit,quod Elector habeat legitimam ætatem, quando 18.annum compleuerit.Ergo perinde erit,ac si 25.annum haberet. 7. probatur,per *expressam cõstitutionem Caroli IV.Imp.quæ Norimbergæ & quidem post A.B.anno 1356 die Ioannis Euangelistæ in causâ Rupertorum perlata* est,quamque edidit *Marq.Freher.de legit.tut. Elector.lit.D*.cuius hæc sunt formalia: Wen aber derselbe Elter Sohn achtzehen Jar alt wird/zuhand soll jhm derselbe vormund alle Land/Herrschafft Wurdigkeit/Ehren/vnd andere Rechten/Nutzen vnd zugehörigen/die er alß ein Vormundt eingenommen hatt/ ohne alle widerrede/ verzug oder hindernuß abtretten vnd jhme die einantworten ohne geferde/ 2c. 8. Comprobat hoc antiqua & ipso euentu confirmata obseruantia: Sic Ludouico Palatino Electori,(natus hic an.1424.cũ 18.annum explẽsset, patruus Otto Dux Palatinus tutor Electoratum & Palatinatũ restituit;

qui

qui & anno Christi 1442. in vrbe Aquisgrano à Friderico III. tum Rom. Rege plenissimam Electoratus inuestituram accepit, ex *Act. Heidelbergens. testatur Marq. in orat. 1. de propug. gubern. Frider. IV.* Idē in personâ Christiani II. Electoris Saxoniç obseruatum scimus, cui Frideric. Gulielmus tutor & administrator non solum Electoratum, verum etiam Principatus, Dominia & alia ab eo dependentia summâ voluntate resignauit. Quod & superiorib' annis in moderno Electore Palatinatus obseruatum meminimus. 9. Huic opinioni calculum suum adjiciunt *Marq. Freher. in orat. 1. de prop. gubern. Frid. IV. habitâ an. 92. Hier. Bruckner. in addit. ad decis. Thol. Gerb. Magnard. l. 1. decis. 76. lit. C. Andr. Knichen de iure Saxon. non prouoc. v. Electorum c. 5. per tit. Anton. Hering. de fideiuss. c. 5. n. 107. Georg. Schonborn. l. 2. polit. c. 14. Matt. Steph. de iurisd. l. 2. p. 1. c. 5. n. 73. & 74. Henric. Rosenthal. de feud. c. 12. concl. 10. n. 29. Domin Arum. disc. 4. super A. B. th. 14.* vbi Bullam Sigismundi cum Bulla aureâ Caroli IV. optime conciliat. Ad cętera argumenta pro negatiuâ allata *ex nostris rationibus* quilibet respondere potest. Addatur omninò scriptum Palatinorum sub hoc titulo: Kurtzer bericht vnd bedencken/ ob dem D. H. F. V. H. Herrn Friederichen/ Pfaltzgrauen bey Rhein/ rc. Ihr Churfürstl. Gn. angererbte Landt regierung/ nach dero Alters 18. Jaren gebuhrn: oder aber dern Administration biß nach deß Churfursten 25. Jarn/ dem D. H. F. V. H. Herrn Reichardten dem Pfaltzgrauen bey Rhein rc. Vnter dem schein vnd nahmen legitimæ curatelæ vberlassen werden soll impressum Heidelbergæ anno 1593.

(63) *c. 7. A. B.* (63)

(64) *c. 7. A. B. §. 2. & 3.* Nos latè *in discursu de iuribus Maiestaticis* (64) Sub inuestituræ renouatione. Quæritur hic: *An ille, qui ab Imperatore nondum est inuestitus, nec fidelitatis iuramēto adstrictus, ad Electorios actus admittendus sit?* Negandum videbatur *arg. ca. 2. §. 2. v.* quod ego per fidē qua Deo & sacro Romano Imperio sum adstrictus &c. Qualitas siquidem in vno loco adiecta in omnibus alijs cēsetur repetita. *Mart. Vran. consil. 68. n. 28. vol. 1.* & ita concludunt *Christoph. VVincel. de collect. obs. 2. n. 7. & Matth. Bort. in typo iurisp. publ. German. concl. 16. lit. B.* vbi malè pro se adducit *Gerlacum Buxtorphium.* vtpote dissentientem. Affirmatiua nobis certissima. 1. Quia cum ius inuestituram non requirat, vt vox ad Electores deuoluatur, illum nec nos requirere debemus arg. l 19. ibi Iason C de collat. Atque ipsa lex c. 7. A. B. vocem ad Electorum hæredes deuoluit statim post Electoris mortem, non expectatâ inuestiturâ Cæsareâ. Ergo 2. probatur c. 20. A. B. quod possessionem requirit tantum, in verbis, quod possessor principatus cuiuslibet &c. 3. Certo certius

tius est, quod omnes fructus feudi ad vasallum ante petitam inuestituram intra annum, & post etiã, si inuestituram petere impediatur, spectare dicuntur. Dare autem vocem in parlamentis est fructus feudi, Garz. Mastrill. in decis. Sacri concil. Sicil. decis. 18. n. 2. & seqq. p. 1. sicut etiam præstatio vocis est fructus Canonicatus, & competit ei, qui est in solâ possessione. Purpurat. cons. 142. n. 2. Modest. Pistor. cons. 91. n. 5. vol. 1. 4. Correctio iuris inueheretur: teneréturq; vasalli intra annũ Petere inuestituram contra ordin. Regimen. de anno 1521. §. Und behalten uns / ꝛc c. vn quo temp. mil. inuestit. pet. deb. c. 1. §. præterea de prohib. feudi alien. per Frider. Garz Mastrill. d. decis. 18. n. 13. 5. Probat obseruantia Imperij: Nam anno 1586. Christianus I. Elector Saxoniæ. Anno 94. Fridericus Dux Wirtenb. anno 98. Ioan. Fridericus Marchio Brandeburg. & Fridericus I V. Palat. anno 603. Carol. D. Mega. qui omnes nondum inuestiti vel in personâ vel procuratores comitijs & dietis interfuerunt, tamque sedendi, quàm suffragandi ius exercuerunt. Ad argumentum pro negatiuâ ex c. 2. § 2. A. B. adductũ respondemus: ex illo concludi nihil posse, non enim fidem (auff die trew) pro fidelitate seu iureiurando, quod Vasallus Domino præstat, necessario ibi accipiendam esse censemus.

XII.

(65) Pro coronide membri I. annotanda restant duo I. Electorium collegium arctissimè vnitum esse (65) tùm ad iuris quæsiti, tùm ad strictam septenarij numeri obseruantiam. (66) (66) II. Electorum liberos infra annum 14. ita institui debere, vt imprimis Grammaticam, linguam Italicam & Sclauicam discant. (67) (67)

(65) (65) Fraternitatis & fidei mutuæ vallo arctissimo munitum, vt loquitur Petr. Heig. p. 1. q. 4. n. 49. Cuiusmodi vnionis exemplum habet Henric. Goldast. p. 8. n. 3. Politischer Reichshändell.

(66) (66) Supra concl. 6. n. 29. in fine.

(67) (67) Aur. Bull. c. 30. Ratio & modus ibidem additur in fine.

XIII.

MEMBRVM II. DE OBIECTO

(68) Obiectum electionis est persona eligenda, quæ debet esse idonea (68) Idoneitas autem personæ eligendæ consistit in eius aptitudine. Quæ duplex Naturalis & acquisita. Naturalis est. 1. Ratione sexus seu personæ: quæ hic debet esse

mas

mas non fœmina. (69) 2. Patriæ: quæ debet esse Germa- (69)
nia: solus siquidem Germanus (70) non etiam Gallus (71) (70)(71)
vel ex alia natione oriundus (72) ad imperiale solium e- (72)
uehi potest. Quod etiam intelligi volumus de eo, qui
viuo patre nascitur extra Germaniam. (73) 3. Bono- (73)
rum corporis: sub quibus comprehendimus ætatem;
quæ in Imperatore est incerta nec definita & determi-
nata. (74) & pulchritudinem corporis: augustam siquidem (74)
Imperatoris personam augustum decet corpus, quod con-
sistit in proportione membrorum & in suauitate coloris.
(75) 4. Bonorum fortunæ: ad quæ referimus tum genus & (75)
familiam: (76) tum opes. (77). (76)(77)

(68) *c.2.§.2. A.B.* Hoc verbum omnia, quæ ad habilitatem & capacitatem Imperatoris requirũtur, sub se comprehendit. *Lupold. de Babenb. de iuribus regni c.10. & seq.* (68)

(69) *An mulier Imperii capax sit?* à politicis disputatur: licet regulariter ex à regimine remouendę sint: tũ quia ius diuinũ Imperio muliebri reclamat. *1. ad Timoth. 2. Ephes. 5. Coloss. 3. 1. Petr. 3. Genes. 3. Esaie. 3.* tùm propter ius ciuile, quod fœminas ab omnibus officijs ciuilibus remouet, *l. 2. ibi. D D. ff. de R. I.* vbi & nos *in nostris commentarijs:* tum quia in Imperatore requiritur prudentia, animi magnitudo, robur corporis, patientia laboris, constantia in aduersis, auctoritas in arduis &c. quæ omnia in fœminis pauciora & parciora. Tamen iure consuetudinario & hæreditario ad Magistratum admittuntur: qualis consuetudo hodie recepta est in Regno Angliæ, Hispaniæ, Nauariæ, Poloniæ, *Renat. Chopp. de domain. Franc. l. 3. tit. 2.* Lusitaniæ, Siciliæ, Neapoleos, Scotiæ. *Vinc. Cabot. l. 1. disp. iur. ciuil. c. 15. Ioan. Sleidan. in descript. Galliæ.* (69)

(70) Quia Politici communiter concludunt, *sceptrum peregrino minimè tradendum: tùm* ob amorem patriæ & subditorum, tanquam popularium, qui amor arcanâ vi rapit animam Principis, vt patriæ salutem quærat, neq; cogitet, ita facilè de regno, in quo natus est, deserendo: *tùm* ob obligationem singularem conscientiæ, quam patria communis in se continet: tribus enim nascimur, Deo, Patriæ & Nobis: *tùm* quia Princeps peregrinus volet conformare mores suorum subditorum, iuxta mores patriæ, sicque Rempubl. perdet: *tùm* quia præiudiciosum valdè est, & cedit in gentis contemptum, si Principem externum quærat, quasi ita nouercam habeat patriam, vt neminẽ producat tàm (70)

excellenti virtute præditũ, qui dignus sit patriæ gubernaculis: *tũ* propter aliarum gentium exempla: *Sic* ille omnium legum fons & legislatorum director Deus iussit: non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus *Deuter. cap. 17. v. 5.* ne scilicet per extranei imperium leges non tantum ciuiles, sed etiam religio in populo suo mutationem aliquam pateretur. *Sic* apud Lacedæmones *Lycurgus* omnibus viribus & legibus contendebat ne peregrini in vrbem admitterentur, multò minus ad rerum gubernacula admouerentur. *Plutar. in Lycurgo.* In inclyta venetorum Republ. ad magistratum non est peregrinus locus inquit *Franc. Patrit. l. 3. de instit. Reip. tit. 2.* Inter Belgarum priuilegia & hoc extat, nullum exterum aut peregrinum muneribus publicis præficiunto: quod interuersum ipsis à Philippo II. Hispaniarum Rege conqueritur *Auctor de iure belli belgici,* qui Consiliarios Hispanicos primus ordinibus adiunxit: *Angli* quã iniquo animo pertulerint Philippi Hispaniarum Regis cum Mariâ eorundem Regina nuptias, ostendit Carri & Viati aduersus Philippum suscepta coniuratio: & quamuis pactis dotalibus inter cætera contineretur, vt plena ac libera beneficiorum, gratiarum ac functionum distributio penes Reginam remaneret, bellum tamen illud contra externi Principis dominatũ pro patriæ libertate susceptum, autores eius volebant. *Iacob. August. Thuan. l. 13. histor. Heluetij* quoque morem hãc religiosissimè seruant, neque enim illi peregrinos administrationi regiminis publici præficiunt. Et hanc præcipuè ob causam Galli suam legem Salicam, quæ fœminam Regno præesse vetat, tulerunt: latè *Ioann. Bodin. l. 6. de Republ. c. 5.* 2. Et aliàs Originarij extraneis præferendi, cum melius censeantur scire mores & consuetudinem eius prouinciæ, ex quâ sunt oriundi *c. quosdam & c. quanto extra de præsumpt.* facit *l. 2. C. de offic. Præf. Prætor. vbi* dicitur, potius eligendos esse Prætores, qui habent larem in vrbe, quàm qui sunt in prouincijs. addatur *text. in c. nomine dist. 23.* 3. Per *c. venerabilem 34. ibi Abbas Panorm. num. 16. & Bald. n. 5. extra de elect. & elect. potest.* 4. Iusiurandum ad id Electores adigit. Sic Moguntinus & Treuirensis apud *Ioan. Sleidan. l. 1. de stat. relig.* Gallum quod attinet, *inquiunt*, legibus nostris & iureiurando non arbitror impediri, cautũ enim est, ne decus hoc Imperij transferatur ad exteros *Sabin. in elect. Caroli V.* 5. Imò si exterum admitteremus, metuendum, ne ille ereptis Electorum suffragiis dignitatem Imperij familiæ suæ perpetuam conseruare properet, quod præuidens Moguntinus Elector in deliberatione de Gallo Francisco I. & Hispano Carolo V. apud Ioan. *Sleidan. l. 1. de stat. Relig. & Sabin. de elect. Caroli V.* suscepta,

cepta, *ait*, sed dum attentius cogito, moueor etiam & propè in horresco: nam & hoc mihi in mentem venit, si quando Cæsar iratus in Germaniam veniat, & Hispanos adducat libertati nostræ magnum fore periculum: cogito etiam posse fieri, vt Imperij dignitatem hanc vix ægrè nobis restituant Hispani. Quod etiam factum fuisset, si non præcipitato consilio Carolus V. fratrem suum Ferdinandum in Regem Romanorum creari curasset. *Iac. Aug. Thuan. l. 2. & 16. histor.* 6. Ipse Gallus Franciscus I. confitetur, cum demonstrare voluit, se Germanum esse, ideò scilicet, quod exteris ad hunc gradum sciret esse lege iam inueteratâ præclusum aditum. *Ioan. Sleidan. l. 8. de S. R.* 7. *Protestantes anno Christi 1572.* hanc legem *in suis literis* ita iterpretantur: Nullus creetur Romanorum Rex, quin sit ex aliquâ Germaniæ Principum familiâ progenitus. *Ioan. Sleidan. l. 8. de S. R. fol. m. 223.* 8. Accedit & illa, quam habet *Bodin. l. 6. de Republ. c. 5.* Non poterit enim, *inquit*, peregrinus Princeps à periculis tutus esse, nisi validissimo præsidio seipsum imprimis, deinde arces muniuit: illa verò externa præsidia multum incommodi secum trahunt, & ad tyrannidem viam parant. Quod inter alios notauit *Buchanan. l. 18. hist. Scot.* vbi, *inquit*, Mariam reginam suasu Dauidis Ricij Italos sui corporis custodes elegisse: & *addit*: quæ proxima ad tyrannidem via est. 9. Accedit *autoritas autorum Germanica & exterarum nationum*: Vt eò diutiùs, ait *Irenic. l. 3. c. 33. exeg. German.* Imperium penes Germanos incalesceret, legem dixerunt Impp. ne externus vnquam rerum summâ potiretur: Et *Huld. Mut. in chron. Germ. l. 14.* sanciuit enim, *ait*, soli Germani eligerent, & non alium, quâ Germanis parentibus natum: & *Illustris Comes Hermannus Nuenarius in orat. ad Elect. pro Carolo V.* requiritur, *scribit*, eligendus à nobis Imperator, qui ex Germanicâ natione sit oriundus: neque hoc solum, verum etiam, qui ipsam linguam moresque ac illum magnanimum ac generosum spiritum ex incunabilis hauserit, id ego non solum prudenter à vestris maioribus constitutum fuisse, verum etiam à vobis diligenter obseruandum esse pronuntio. *tomo 1. script. German. Marquar. Freheri.* Quibus addantur *Ioan. Cuspin. in Ottone III. Nicol. Serrar. Mogunt. l. 1. c. 26. Michael Beuther. in animadu. histor. c. 23. n. 20. Munster. l. 3. Cosmogr. in Gregorio V. Phil. Melanthon. l. 4. in Othone III. Nicol. Reusn. in Geneal. tit. Iconos Impp & Elect. Saxon. in Ottone III. Carolus Sigon. l. 5. Ital. fol. 111. Robert. Bellarm. l. 1. de translat. Imperii.* qui omnes putant, Ottonem III. speciali lege hoc primum cauisse, vt soli Germani eligerent, & non alium eligant, quam natum parentibus Germanis. Sed *vide concl. 5.*

(71) (71)Quod satis notum est exemplo Henrici IV. Luxemburgici, qui ideo Philippo Pulchro Galliarum Regi præferebatur: & Francisci I. qui, quod Carolus V. Hispaniarum Rex Germanus erat, rectè repulsam passus est, vt consuluerunt *Simon Pistor. cons. 1. qu. 1. vol. 1. Henning. Goden. cons. 1.* contra *Bald. d. n. 5. Ioan. Forald. de priuileg. Reg. Franc. nu. 36. Petr. Greg. Tholos. l. 7. de Republ. c. 15. n. 15. Restaur. Castald. d. Imp. q. 7. n. 8. Fulu. Pacian. l. 2. de probat. c. 35. n. 50. & seq.*

(72) (72)Ex quacumque natione Imperatorem eligi posse putant *Card. Zabar. in d. c. venerabilem 34. Aluar. in spec. Rom. Pont. & Imp. c. 56. n. 11. Camill. Borell. de præstant. Regis Cathol. c. 58. n. 3. Horat. Carpan. in p. 2. statut. Mediolanens. in constit. Lud. n. 15. Lal. Zech. de Principe l. 1. c. 3.*

(73) (73)Quia filius originem sequitur patris *l. assumptio § 1. ff. ad municip. ibiq. gloss. Bart. Bald. & DD. in l. pen. ff. de Senat. l. filio C. de munic. & Orig. l. 10.* Quod etiam locum sibi vendicat in auo respectu nepotum, modò nascantur viuo auo, nam tunc nō in patris sed aui sunt potestate *§. fin. I. de patr. potest.* adeoque ipsius quoq; originem, præsertim quoad honores, sequuntur. *d. l. pen. ff de Senat.* Exemplum habemus in Carolo V. & Ferdinando Rege Romanorum fratribus & nepotibus Maximiliani I. ex filio Philippo, qui pro Germanis fuerunt habiti. Cum præmortuo patre eorum Philippo Rege Castellæ ante auum, fuerint in potestate aui paterni, atque ita sortiantur originem aui sui paterni, & sic habeantur Germani: & nati (licet extra Germaniam) Archiduces Austriæ, sicut auus eorum paternus: non Hispani propter Matrē vel auum maternum. Et addit *Henning. Goden.* quod dignitas adiecta primævæ origini, vt sunt regna Hispaniarum, non mutent originem primam, nec minuant honorem, sed augeant. *Henning. Goden. d. cons. 1. n. 2. & 3. Marq. Freher. l. 2. c. 3. ad Petr. de Andlo Petr. Heig. p. 1. q. 6. num. 44. Matth. Steph. de iurisd. l. 2. p. 1. c. 1. num. 104. Conr. Lancellot. in templo omn. iud. l. 1. c. 1. §. 3. q. 9.* Sic etiam Fridericus II. qui natus fuit in Sicilia, ex patre tamen Germano, nihilominus Electus in Imperatorem tanquam origine Germanus.

(74) (74) Quamuis Electio ad Episcopatum ante 25. annum fieri non possit *c. cum in cunctis 6. extra de elect. & elect. potest.* Et de iure ciuili ad Remp. administrandam minor 25. annis non admittatur. *l. ad Rempubl. 8. ff. de muner. & honor. l. 6. & 11 ff. de decurion.* Nos tamen varia exempla in contrarium habemus: Sic Otto III. admodum puer. *Otto Frisingens. l. 6. c. 26. Abbas Vrsperg. in Ottone III.* Henricus III. anno ætatis 12. *Cyriac. Spangenb. in chron. Mansfeld. c. 168.* Henricus IV. anno ætatis 8. *Lambert. Schaffnab. anno 1056. Albert. Krantz. in Saxon. l. 4. cap. vltim.*

Fride-

Fridericus II. anno 20. *VVimphel. in Epitom. c. 35.* VVilhelmus similiter 20. *Trithem. in Chron. Hirsaug. anno* 1249. Wenceslaus 15. *Æneas Sylvius in Bohem. c. 33.* & Carolus V. anno ætatis 19. in Reges Romanorum electi sunt.

(75) *Tùm* vt subditos ad maiorem venerationem & reuerentiam ista externâ & in oculos incurrẽte spectabilitate corporis atque maiestate commoueat: cùm nihil ad inflectendos hominum sensus animosque deuinciendos tàm efficax, quàm pulchritudo inueniatur *Herm. Kirchner. l. 1. de legat. c. 4. n. 5.* Quò *Virgilius* respexit?

Gratior est pulchro veniens è corpore virtus.

Tum vt omne genere virtutum tàm corporis, quàm animi eos superet, quos imperio superat: quod obseruatum in *historiâ Saulis* fuit, corporis enim specie & proceritate omnes antecellebat, & gentes Scythicæ aliæque orientales eum Regem elegerunt, qui corpore omnium esset speciosissimo: *tùm* vt externa corporis species iudicium præbeat pulchri & concinni animi. Quò respexisse putatur *Pythagoras* qui hãc inscriptionem scholæ suæ apposuisse dicitur: Ne quis eam ingrederetur, qui esset malè constructà corporis compage. Hinc Germani dicũt. Man hütte sich vor dem / den Gott vnd die Natur gezeichnet hatt. Addantur *Io. Bapt. Post. l. 6. Phys. cælest. Castilionæus in aulico suo l. 4. Fr. Patrit. l. 2. de regno c. 2. Chassan. in catal. gloriæ mun. cons. 18. Alex. ab Alex. l. 4. ca. 33. Strabo l. 16. & 17. Panor. in l. de dict. & fact. Alphonsi refert*, Barth. Catt. Episcopũ Mediolanensem neminem administeria suæ aulæ admisisse, nisi qui forma præstaret, & addidisse rationem: quia improbitas in egregiâ formâ rarò comperta sit. Hæc tamen ita intellecta volumus, vt semper dotes animi præferantur dotibus corporis: & si simul coniuncta esse non possint, magis respiciendum sit, ad dotes animi, quàm corporis. Nam si virtus adest, facilis est iactura formæ, non enim in fronte, sed in mẽte sedent virtutes. *Ioan. Casl. l. 3. Sphæra ciuit. c. 18.* & præstat Regem quàm Regnum oculo carere, Regem quàm Regnum claudicare. Nec enim corporis deformitate animus fœdatur, sed pulchritudine animi corpus ornatur. *Seneca Epistola 77.*

(76) Siquidem ad Romanum Imperium nullus admittitur, nisi nobiliori loco natus sit: siue Princeps sit, siue Comes. *Restaur. Castald. de Imp. q. 7. n. 8. & 9. & seq.* Exempla, quod comites attinet, obuia sunt in Wilhelmo Comite Hollandiæ, Rudolpho Habspurgensi, Adolpho Nassouiensi & Gunthero Schwartzburgico: sit tamen laicus non clericus. *Restaur. Castald. q. 8. n. 7. Anto. de Ros. de potest. Papa & Imp. § & prolixius n. 6. textus expressus.* in Landt vnnd lehnrecht *l. 1. c. 22. ibi:* Er soll nicht

H seine

sein man/wan der Pfaffen Fursten man.

(77) (77)Licet animi facultates,ingenijque vires primanò esse respiciẽdas fateamur:Imperia enim magis prudentiâ,quàm armis & potentiâ defenduntur. *Frossard l.1.c.132.* Et ita Elector Moguntinus in Electione Rudolphi I.asseruit,sapientiam & strenuitatem diuitijs & potentię præferendam esse. *M. Albert. Argentinens. in Chron.f.100. Nicol. Serrari Mogunt. l.5. in Archiepisc.37.* Et Fridericus Sapiens Elector Saxoniæ solitus est dicere,non esse in eligendo Imperatore rationem habendã diuitiarum non familiæ potentioris,sed potiùs earum virtutum, quas Imperij administratio in Principe maximè desiderat. *Herm. Kirchner. de Republ. disp. 4.* Tamen opes & potentia non prorsus susque deque habenda,sed inter fundamenta principatus ponenda. *Barth. Keckerm. l.1.polit.c.2.* & cæteris paribus pręferendam esse potentiorem post *Hostiens. & Panormit.* rectè decidit. *Marc. decis.1204.n.1.p.1.* Vnde Romani neminem ad Magistratum admiserunt,qui non per annos decem suis bonis proprijs honestè vixerit. *Valer. Maxim.l.4.c.4.* Atque hęc videtur esse causa imò arcanum maximum,cur hactenus ex domo Austriacâ ille eligendus,qui Rex Vngariæ & Bohemiæ est , quemadmodum declarat ipse Imp. Carolus V.cum designaret fratrem suum Ferdinandum Regem Roman.apud *Sleidan.l.8.de S.R.inf.* Qui sit autem magis ad eam prouinciam *aut*,idoneus fratre suo Ferdinando Bohemiæ Vngariæque Rege,nullam se nouisse alium:huius etiam fines atque regna iam esse veluti murum aliquem pro salute totius Germaniæ oppositam immanitati Turcicæ.Et quis non videt,aduersarios nostros hoc tempore omnem mouere lapidem , vt hoc arcanum Illustrissimæ domui Austriacæ interuertant:& ita tertium votum , quod ipsi hactenus vt Regi Bohemiæ competijt,eripiant , & successiuo tempore eadem ratione,quâ domus Austriaca,suffulti, Regem Romanorum ex ipsis eligant.Sed manum de tabula.Sapientibus politicis sat dictum.

XIV.

Hactenus de aptitudine naturali , sequitur ad quisita:
(78) quæ est virtutum intellectualium & moralium: (78) Intellectualis est duplex: principalis vel instrumentalis. Quoad principales Imperator præcipuè cognoscere debet, Ethicam, œconomicam, politicam, quęque huic subordinatur, iurisprudentiam, & quæ ad has omnes facilius feliciusque
(79) comprehendendas apprimè conducit , historiam : (79) Quo-

Quoad instrumentales eloquentia potissimum Imperatori commendata esse debet. (80) Virtus moralis Imperatori maximè necessaria est, probitate enim emineat necesse est, qui dignitate (81) Illaque aut respicit Deum, & appellatur pietas. (82) aut homines & vocatur probitas. (83) Hæc iterum vel dirigens vel directa. Dirigens est prudentia: (84) & iustitia: (85) Directæ, eæque potiores sunt. 1. Veritas (86) 2. Clementia. (87) 3. Temperantia. (88) 4. Modestia. (89) 5. Liberalitas (90) 6. Magnanimitas &c. (91) (80) (81) (82) (83) (84) (85) (86) (87) (88) (89) (90) (91)

(78) Quærunt hic Politici: *An Imperator debeat esse eruditus?* Quæ quæstio non tàm ex difficultate rei quam ex peruerso quorundam cētaurorum politicorum iudicio orta est. Politici generales latiùs eam disputant: prout videre est, apud *Vincent. Castellan. l. 1. de offic. Reg. ca. 12. iust. Lips. l. 1. polit. c. vlt. Melch. Iun. p. 1. qq. polit. c. 18. Thomas Morus in Vtopiâ p. 91.* Nos impræsentiarum sumus contenti illo *Iustiniani Imp. in proœm.* ibi Imperatoriam maiestatem non solum armis decoratam, sed & legibus oportet esse armatam, vt vtrumque tempus & bellorum & pacis rectè gubernari possit &c. Hinc Alphonsus Arragonum Rex audiens literas in Principe improbatas esse à Rege Hispaniarum dixit: Bouis istam esse vocem non hominis. *Panormit. in histor. de dict. & fact. Alphons.* Et *Æneas Syl. l. 3. histor. Bohem.* refert: Vladislaum Bohemiæ Regem dixisse non videri sibi hominem, nedum Principem, qui literas ignorat. Et addit *Æneas Sylvius:* in plebeio homine doctrinam argento, in nobili auro, in Principe aut Rege gemmis ęquiparari posse vt rectè *Bart. Chassan. p. 5. catalog. glor. mundi consid. 10.* Principem illiteratum vocauerit asinum coronatum. (78)

(79) Vid. *Vincent. Castellan. l. 1. c. 23. Iust. Lips. l. 1. pol. c. 9. Franc. Patrit l. 2. de reg. & regn. c. 10. Middendorp. q. 68. Theolog. polit.* (79)

(80) Quàm necessaria sit Principi eloquentia, *Alexander Magnus* monet, qui ab *Aristotele* petijt, vt Rhetoricam pro se conscriberet in cuius *Rhetorica c. 1.* monet Alexandrum Philosophus, valdè indignam rem esse, si Princeps splendidè vestitus se ornet præ alijs hominibus, & interim non cogitet de ornatu orationis, quæ magis propria est homini, quàm vlla vestis. Quanta etiam vis eloquentiæ in arduis negotijs & seditionibus compescendis testari potest *Mener. Agrippæ* Apologus & *Furij Camilli* oratio apud *Tit. Liuium.* Et quantum in proditionibus & præsenti vitæ periculo, loquitur exemplum Iacobi Regis Brittanniæ (80)

qui cum proditione comitum Gauriæ cò iam adactus esset, vt iugulum Carnifici porrigendum foret, nullâ re magis vitam liberauit, quàm eloquentiâ suâ promptâ & neruosâ.

(81) (81) Virtus moralis in Principe debet esse vera non simulata, & in speciem tantum externè ostentata: quicquid DD. noui ab Hetruriâ somnient vti *I. Lips. l. 2 polit. ca 14. Machiauellum* vocat; qui *lib. de Republ. c. 42. & c. 18. de Principe* suadet: vt Princeps homines verset instar molis trusatilis, quò vult, & fallacijs ac fraudibus circumueniat. *Tum* quia hoc dogma Principi & subditis perniciosum. vtpote naturę & verbo Dei contrarium *prouerb. c. 11.* *Tum* quia non qui speciem virtutis præ se ferunt sed qui probitate vitæ sunt, cęteros omnes antecedunt. *l. 6. in princ. C. ad L. Iul. repetund. l. 1 in f. C. de offic. magistrat.* *Tum* quia quales in Principe refulgent mores, tales quoque propagantur in subditis. Nec probitate sibi soli sed innumeris prodest. *Plin. in paneg. scipio Amurat. l. 3. c. 9.* Siquidem Rex est sol sui Regni, qui per opacitatem vitiorum obscuratur, & virtutum candore redditur illustrior. Quæ gloria est Principi vniuerso orbi Dominari, si ipse vitijs inseruiat? *Plin. d. l.*

(82) (82) Imperator non debet esse atheos, sed verâ pietate prędítus. arg. *Deut. 17. v. 15. & seqq. 2. Corinth. 6. v. 14. Ierem. 23. v. 28. Osea 1. v. 4. l. inter claras C. de summâ Trinit. in proœm. I. C. Iudæis distinct. 45.* Non paganus *c. venerabilem 34. extra de elect. & elect. potest. c. Apostol. de re iudic. in 6. Clem. 1. de iureiur.* vel hæreticus *DD. CC. Cæsar Baronius tom. 10. annal. 996. §. 2. Conrad. Lancellot. in temp. omn. iud. l. 1. c. 1. § 2. v. hæretic.* sed verus Christianus *d. l. inter claras & DD. CC. Aluarez, in spec. Pontif. & Imp. c. 56. n 3. Mich. Vlcur. de regim mundi p. 2. q. 2. princip. n 27 & 47.* Aduersarij nostri contendunt & volunt, non obesse, si sit protestantium religioni addatur? propter constitutionẽ pacis religionis, per quam omnes Ecclesiasticæ censuræ erga illos suspensæ sunt. *Recess. Imperij de anno 1555. §.* damit auch. Nos nihil addimus, memores illius, quod in simili controuersiâ monet *VVaremund. de Erenbergk de regn. subsid. c. 11. n. 40.* hanc litem *inquiens*, non faciat priuatus suam, suadeo.

(83) (83) Vana siquidem est absque probitate pietas *Iust. Lips. l. 1. polit. c. 6.* vide *n. 81. anteced.*

(84) (84) Quod sol est in mundo, id Princeps prudẽs in populo. Sol mundi oculus, Princeps verò multitudinis. Quod animus in homine, id Princeps prudens in ciuitate. *Andr. Gail. l. 1. de p. 1. c. 3. n. 12.* Variæ hoc in loco moueri possunt quæstiones, *1. An Princeps non nisi à se vno vtile consilium capere possit?* Sic Cellus Metellus solebat dicere, si indusium sciret eius propositum, quod illud vellet in ignem conijcere. Nec voluit

luit Antigonus Rex filio Philippo sciscitanti significare, quando castra esset moturus & latè disputat pro affirmatiua *Machiauellus c.23.de principe.* quem optimè refutat *Author anonymus de iure Principatus concl. 80.* cum quo transimus. II. *An præstet habere Principem versatum & callidum, quàm simplicem? Ludou. Viues in satellit. suo aphorism 60.* callidum magis quàm simplicem optat Principem. *Ioann. Bodin. l.2. de Republ. c.4.* simplicitate magis quam calliditate euerti Respubl. testatur, quibus accedit *Barth. Keckerm. syst. polit. l.1. c.4. p.m. 79.* 1. Quia simplicitas magis directè pugnat cum maiestate Imperij, quàm versutia, & contemptum parit: contemptus verò cum maiestate Imperij è diametro pugnat: vt egregiè *Q. Curtius l.8.* Maiestas Imperij salus & tutela est. 2. Versutia & calliditas est malum corrigibilius, quàm fatua simplicitas, quia ex versuto simplex, sed è contrario rarò fieri potest: vt in Honorio & Carolo V. exemplificat *Barth. Keckerm d.l.* Videatur tamē *Ventura de Valentiis in parthenio litigioso l.2.c.8.37 & seqq.* Quæritur III. *An tolerabilior sit status Reipubl. in quo Princeps malus & boni Consiliarii: an verò contra, in quo Consiliarii mali Princeps verò bonus?* Illud volumus: quia facilius est multis bonis viris lucrari Principem malum, quam bono Principi plurimos malos. Auferas iniquos Consiliarios coram Rege, & confirmabitur thronum eius iustitiâ. *Prouerb. 24. v. 2. Fulu. Pacian. de probat. c.3. nu.3. Fulgo. l.7. cap 2. Addantur Barthol. Keckerm. in syst. polit. l.1. c.3. & in discurs. de consil. q.3. Phil. Camerar. in medit. histor. cent.1. c.55. Iust. Lips. in monit. polit.* Quæritur IV. *An Principis prudentia astu debeat esse temperata?* affirmamus, præsertim hoc callido sæculo, quo res omnes versutijs versantur; & se splendido titulo Politicos vocant, propterea quod artificiosè possint gesta vel verbis mentiri ac fallere: per *c.8. Iosf. v.2. Num 13. Iudic. 20. v.33. Prou. 1. v.4. Matth. 10. v.16.* vbi Christus discipulis suis præcepit columbinam simplicitatē serpentinâ prudentiâ mixtam. Item per *l. conuentionem ff. de pact. l.1. §. non fuit ff. de dolo. l.26 ff. de captiu. & postlim. reuers.* Videatur omninò *Autor de iure princip. concl. 81 lit. C.*

(85) Hoc clarissimum Reipubl. iubar & orbis totius validissimum vinculum vnicè sibi commendatum habebit: iusta lance ex præscripto legum & rationis omnibus communicabit. 1. quia Principes iustitiæ gratiâ creati sunt, vt malitijs hominū obstarent, è quibus lites proueniūt. *Franc. Top. in repetit. l. Princeps ff. de legib. Caualcan. in tract. de brach. Reg. p.1. n.24.* & hoc argumento Princeps dicitur iustitiæ debitor. *c. ex tenore extra de foro comp. Caball. milleloq. 43.* 2. Quia maiestatis Imperatoriæ proprium est, armis non solum esse decoratam, sed etiam legibus (85)

 arma-

armatã &c. *proœm. inst. C. scelus dist. 41. Andr. de Isernia ad tit. quæ sint regal. n. 14.* 3. quia nihil in terris Deo simili' est Principe sapiẽte & iusto. *Plin. in panegyr.* 4. Imò Imperia absq; iustitia sunt rapinæ & latrocinia *B. August. l. 4. de ciuit. Dei c. 4.* 5. Etsi Princeps non administret iustitiã, dicitur regnum vacare de iure *c. transm. de foro comp. Andr. Knichen in comm. iur. Saxon. v. ius c. 3 n. 261.* vbi *ait*, Principes hoc raro considerare. Huc pertinent grauissimæ illæ quæstiones: *An Princeps sit solutus legibus?* et thesi hac affirmatâ & positâ, quæritur II. in hypothesi: *An noster Imperator etiamnum sit solutus legibus?* Ratio dubitandi est, quod Imperator iura maiestatis sine Electorum & ordinum consensu non possit exercere, quod apparet in decretis Comitiorum, vbi in fine hæc leguntur verba: Vnd Wir Churfürsten ꝛc. bekennen offentlich mit disem abscheid / das alle vnd jede obgeschribene puncten vnd articul / mit Vnsern gutten Wissen, Willen vnd Rath furgenohmmen vnd beschlossen / Willigen auch dieselbe sampt vnnd sonderlich / &c. III. posito quod Imperator legibus absolutam habeat potestatẽ, *an ius quæsitum alteri aufferre possit?* Verum cum has qq. in *discursu nostro de iuribus maiestaticis* plenè & planè excusserimus, actum agere nolumus, sed lectorem ad illum remittimus.

(86) (86) Nolumus hic esse prolixiores, quæ ad politicum generalem potius pertinent, quàm ad specialissimam hanc, quæ de nostro est Imperatore materiam. Idcircò aliquot tantum virtutes, sed in Imp. magis necessarias apposuimus, reliquas Politicæ generali relinquentes. Veritatem (quæ lapidi Lydio comparatur, qui sicut aurum, ita veritas hominem indicat, sine quâ homo non est homo *Ordelaph. ad l. fin. n. 655. ff. de R. V.*) primo loco collocauimus, quia eam Imperator colere imprimis debet, & fidem etiam hosti, infideli, &c. datam seruare, aut non temerè, si seruare nolit, dare. Quicquid *Thuscus ille Doctor*, qui politicorum quorundam & aulicorum summus est Pythagoras, quem non in minori pretio habent, quàm Turcæ suum Alcoranum, seu omnia sacrilegi Mahumetis. Inquit autem *c. 18. de Principe & l. 3. in T. Liuium c. 42.* Prudens Princeps fidem non debet seruare, si ei sit damno ac necessitates præterierunt, propter quas illam dedit. Cui reponimus *Autorem Antimachiauell. l. 3. theor. 21.* & sequentes rationes. 1. Quia fides magis exuberare debet in Principe quàm in alio, eiusque etiam dictis citius rectiusque quàm aliorum iuramentis fidem esse habendam scribit ad *Nicocl. Isocrat.* Et nihil magis in Principe præfulgere debet, quàm recta fides. *L. inter claras C. de summ. Trinit.* Siquidem Princeps in terris dicitur esse immobilis, sicut polus in cœlo, & lapis angularis in ter-

tertiã.pluribus *Riminald.consf.13.n.20. & seq.* Turpe est, inquit, *Bellisarius apud Procopium*, cum alijs omnibus,quibus vel minimè virtus cordi est,tùm imprimis Principi viro mentiri ac fidem fallere. Et Carolũ V.dixisse fert *Ioann.Bodin.l.5.de Republ.c.6.* Etiamsi fides toto terrarũ orbe exularet,tamen apud Imperatorem immaculata manebit.2.Quia nihil tàm congruum humanæ fidei, quàm ea, quæ semel placuerunt seruare.*l.1.ff.de constit.pecun.* 3.Quia fides est iustitiæ fundamentum. *Cicero l.1.offic* quâ sublatâ iustitiam quoque ipsam cum humanâ Societate tolli necesse est.*c.vbi 24.q.1.Prosper.Farinac.in prax.crimin.l.4.tit. de carcer.& carcerat.q.29.n.5.* 4. Quia inter hostes est iuris gentium communio *l.vlt.ff.de legation.* Ergò etiam obligationum & conuentionum,quæ iuris gentium sunt,inter eos communio erit. 5.Iure diuino probatur. Sic Iosua, quamuis iussus esset à DEO omnes illas gentes idololatras funditus delere.*Ios.c.6.v.20. & c.8.v.2.* tamen fidem Gibeonitis seruare sanctè voluit, ne DEI præpotentis furorem in se & populum Israeliticum concitaret.*Ios.c.9.v.3.* confer *c.21. Samuel.2.& 2.chron.c.26.* 6.Probatur iure canonico *c.23.q.1.cap.vlt.& canonistæ* violatorem periurum vocant, *Ant.de Butrio in c.tuis 39.col.2.ext. de testib.Felin.in c.querelam 10.n.7.extra de iureiur.* Periurij verò crimen etsi in omni personâ graue est,in Principibus tamen grauissimum est. *Innoc.in c. ad Apostolica 2.col.2.in verbo deierauit extra de re iudic in 6. Pret.Premus in tr.de secur.promiss.q.7.* 7.Quia hac virtute alia Imperia Maximè crescere solent: sic Romanum Imperium nullâ virtute aliâ magis creuit, quàm fide erga amicos & inimicos; quam si Ethnici in tanto honore habuerunt, multò magis Christiani. *Eugub. Bozz. de Imp.virtut.aduers. Machiauell. c 7.Cauriana l.2.Cornel.Tacit.fol.267.* 8.Quia perfidiæ plerumque funesti & tragici solent esse exitus: illamque diuina pœna comitatur: Vnde *Aristoteles ad Alexandrum Magnum:* cogita, ne peieres,sed timeas diuinam vltionem & humanam infamiam.Exempla apud historicos passim multa & horrenda legimus. Duo,vnum antiquius alterum recentius,saltem adscribam. Cleomenes Lacedæmoniorum Rex,cum septem dierum cum Argiuis inducias pepigisset,tertiâ nocte Argiuos nihil tale metuẽtes adortus magnam stragem dedit,quâ de re conquerentibus Archiuis, dierum, respondit,pactus esse,non noctium inducias:Verùm hæc perfidia miserũ ei vitæ exitum peperit.Nam ex Archiuis fœminæ ętate florentes,duce Tolesillâ, arma capiunt, inque pinnaculis consistentes muros coronâ cingunt,Cleomenemque fortiter repellunt:qui quidem postea in Ægypto exul sibi ipsi violentas & perfidas manus intulit.*Plutarch.in vita*

eius.

eius. Alterum est, de Vladislao Rege Vngarorum, qui rupti fœderis pœnam dedit grauissimam. Hic enim cum post pacem ab Amurathe Turcorum Principe in decem annos initam, pacis fœdere violato, Amurathem denuò ad Vanam Bulgariæ oppidum bello prosequeretur, iamque Amurathes ad extremas redactus esset angustias, oculis in cœlum sublatis exclamasse dicitur: IESV CHRISTE, en hæc sunt fœdera, quæ Christiani tui per nomen iurantes mecum percusserunt, suoq; periurio te DEVM suum abnegarunt. Quam SI DEVS ES, vt ipsi aiunt, hanc mihi & tuo Sancto nomini illatã iniuriã vlciscere. Tum protinus mutatâ fortunâ Rex cum proceribus & militum triginta millibus miserè periit: Amurathes verò victoria iam penitus desperatæ compos redditur. *Anton. Bonfin. l. 26. Cromer. hist. Polon. l. 21. Paul. Iouius in vita Amurathis Callimachus Florent. de reb. gest. Vladislai l. 3.* 9. Firmant hanc latius sequentes sutorea *Cynus in l. digna vox* 4. *n.* 7. *C. de legib. Tiber. Decian. consil. 18. n. 110. l. 1. Franc. Patrit. l. 8 tit. 20. de regn. & reg. instit. Petr. Gregor. Tholos. l. 8. de Rep. c. 8. Iust. Lips. l. 2. polit. c. 14. Barth. Chassan. in catalog. gl. mun. p. 13. cons. 4. Petr. Peck. in c. mutare consilium n. 5. de R. I. in 6. Franc. Duar. in l. 1. ff. de pact. Didac. Couarr. in tr. de matrim. p. 2. c. 3. §. 4. n. 22. & seqq. Franc. Hotom. illustr. PP. q. 7. Ioan. Bodin. li. 5. de Republ. c. 6. Barth. Keckerm l. 1. Syst. polit. c. 3 p. m. 92. & seq.* & alij quàm plurimi. Quæritur vlterius: *An Princeps conuentionibus & pactis cum subditis initis teneatur?* Item: *An contractum ab antecessore suo initum seruare successor ac in specie Romanus Imperator tenetur?* sed illas enucleauimus in *d. discur. de iuribus maiestaticis.*

(87) (87) *Vincent. Castellan. l. 4. de offic. Princ. c. 12.* inter misericordiam & clementiam eruditè discernit. Nos hoc in loco promiscuè accipimus. Nihil autem laudabilius nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia. *Cicero l. 1. offic.* vnde in signum clementiæ Reges vnguntur, vt sint alijs clemẽtiores & dulciores *c. 1. de sacra vnctione.* Ita tamen probanda est clementia, si cum seueritate quadam sit coniũcta. seueritas enim virtutum est custos, & subditos continet in pace. *Cicero l. 2. officior.* Vnde quæritur: *an tutius sit habere Principem seuerum, sub quo nihil, quàm lenem, sub quo omnia licẽt:* illud arridet. Videatur *Autor de iure principat. th. 61. & 62.*

(88) (88) Aureum dictũ ex Imperatoris Iustiniani, quod habet *in l si qua illustris 5. C. ad SC. Orphit.* personis illustribus, *ait*, castitatis obseruatio præcipuum debitum est, Et *Socrates*: anima siccior præ reliquis sapientior est. Si igitur Princeps se regnũq; suum saluum habere velit, quod velle omninò debet *l. 3. in pr. ff. de offic. præf. vigil.* temperãtiam sibi

bi maximoperè commendatam habebit, certoque sibi persuadeat, intemperantiâ & libidinibus Principũ regna euersi, neque infelicius regi populũ, quàm à Principe ebrioso ac libidinoso. Videatur *Greg. Richter. axiom. polit. 21. Ioan. Bodin. l. 4. de Republ. c. 1. Petr. Gregor. Tholos. l. 22. de Republ. c. 3. Schonborner l. 2. polit. c. 23. Vincent. Castellan. l. 3. de off. Reg. c. 1.*

(89) Omnes hominum ordines, imprimis verò viros Principes decet modestia. Qui hanc virtutem spernunt, & aliorum repudiant consilia, proprijs confisi viribus grauissima vulnera populo infligere solent. *Comin. l. 1. Cels. Manc. l. 8. c. 4.* vbi superbia, ibi contumelia: vbi autem humilitas, ibi erit sapientia *prouerb. cap. 11. v. 2.* Vnde omnis virtutis promptuarium dixit *Menand.* & Deorum donum pulcherrimum *Euripid. in Medeâ.* (89)

(90) Digna hæc virtus est Imperatoriâ Maiestate, quam Diocletianus propriam Principum dotem appellare solitus est. *Pomp Latus in Diocletiano.* Melius beneficijs (*ait seneca*) Imperium custoditur quàm armis. Quod benè nouerat Augustus Imp. qui vt sibi Imperium confirmaret, militem donis, populum annonâ, cunctos dulcedine otij illexit. Vid. *Antimachiauell. l. 3. theorem 26. Phil. Comina l. 2. histor. p. m. 377. Barth. Chassan. in catal. glor. mun. p. 5. cons. 8. Petr. Greg. Tholos. l. 22. de Repub. c. 13. Vinc. Castell. l. 3. p. 2. c. 11. & seq. Iust. Lips. l. 1. polit. c. 17.* (90)

(91) De magnanimitate Principis nolumus hic plura notare, quàm scripsit *Vincent. Castell. l. 2. de off. Reg. c. 7.* Quæ hactenus latè de idoneitate personæ eligendæ diximus, tribus verbis complexa *Aur. Bull. c. 2. §. 2.* hominem iustum, bonum, vtilem. (91)

XV.
MEMBRVM III. DE FINE.

Finis electionis est, vt quæratur populo Christiano CAPVT: (92) hoc est, vt Rex Rom. eligatur in Cæsarem. (93) (92)

(92) *Aur. Bulla c. 2. §. 2.* ibi: Ich Ertzbischoff zu Mäyntz ꝛc. schwere ꝛc. das ich will erwehlen ein Weltlich Haupt dem Christlichen Volck / das ist / einen Römischen König zu einem Keyser zuerheben. *In Recess. Imperij de anno 1518. in pr. & anno 1529.* §. vnd anfengliche, similiter dicitur das Oberste Haupt der Christenheit: *in recess. Imperij de anno 1530.* §. nach dem aber vns ꝛc ein Obrister Voat der Christenheit *& de anno 1566* §. Wir wollen ꝛc. das Oberhaupt im Römischen Reich ꝛc. Imperator enim honore dignitate & autoritate cunctos alios Reges antecedit. *text. in l. 7. C. de bon. qua liberi & in constit. de Iustin. cod. fac. Petr. de Andlo l. 7. de Imp. Rom. c. 8. Charle l'Oyseau. traicté des Signeur: c. 3. n. 35.* (93) (92)

(93)

(93) (93)Ex hoc ipso nostri Dominium mundi Imperatori adsignant, si non de iure, saltem de facto. *Thom. Michael de iurisd. Imp. Rom. concl. 9. Ioachim. Cluten Syllo rerum quotid. concl. 8.* sed videatur *Henning. Arnisæ l. 1. de iure maiest. c. 2. & discursus noster de iurib. maiestaticis.*

XVI.

MEMBRVM IV. DE CIRCVMSTANTIIS LOCI ET TEMPORIS CIRCA ELECTIONEM considerandis.

(94) Locus olim erat incertus & arbitrij Electorij: (94) Ho-
(95) diè ad iuris obseruantiam redactus est: (95) vt electio pera-
(96) gatur in oppido Francofurtensi (96)

(94) (94)Nam Otho II. Wormatiæ. *Autor qui Rheginonem suppleuit*, vel vt alij volunt aquisgrani *Cuspin. in vitâ Othonis II.* Henricus II. Moguntiæ *Onuphr. Panuin. l. 3. de Rom. Princip. in Henr. Iun. Mariani Scot. in Chron l. 3. in Henr.* Henricus III. Aquisgrani. *Albert. Krantz l. 4. c. 10. in Metropoli Sigebert Gemblac in Chron. anno 1027.* Henricus IV. apud Triburiam. *Lambert. Schaffnab. anno 1054. Herm. Contract. in Chron. anno 1052.* Henricus V. Coloniæ. *Auentin. l. 5. Annat. Boior. fol. 471. Ioan. Naucler. gen. 37. f. 796.* Lotharius II. Moguntiæ *Gothofred. Viterbiens. in Chron. p. 17. in Lothagio Otto Frisingens. l. 7. Chron. c. 17.* Conradus Sueuius Confluentiæ. *Otho Frisingens. l. 1. c. 2. de reb gest. Friderici Imp* Henricus Lutzenburgensis in Reins *Paralipom. ad Abbat. Vrsperg. in Henric. Lutzenburgensi* Ex quibus duplex detegitur error: quorum vnus est illorum, qui vsque ab Arnolpho (qui imperauit in Germaniâ anno 887) Cæsare Electionem Francofurti celebrari solitam volunt vt *Nicol. Reusn. de vrbibus Imper. n. 8.* Alter eorum, qui constitutioni Gregorij V. & Ottonis III. hoc acceptum ferunt vt *Vdalr. Mutius l. 14. in Chron. German. Ioan. Naucler. gener. 34. in princ.* Quanquam non negamus, plures itidem Francofurti longissimo ante auream Bullam tempore electos fuisse: sic Arnolphus ibi primus electus est Imperator. *Sebast. Munster. l. 3. in suâ German.* Fridericus I. Barbarossa *Otto Frising. l. 2. c. 1. de reb. gest. Frider. Gunther. in Ligur.* Rudolphus I. *Sigfridus Presbyter in Epit. histor. l. 2 anno 1273. Alb. Argentin. in Chron. fol. 100.* Adolphus *Vdalr. Mut. l. 22. in pr. Onuphr. Banuin. d l. 3. in Adolpho* Albertus I. (secundâ scilicet vice post mortem Adolphi) *Henricus Stero in Annal. anno 1298.* Ludouicus Bauarus *Henr. Rebdorf. in Annal. anno 1314. Vdalr. Mut. l. 24. in princ.*

(95) (95)Rectè *Sebast. Munster. d. l.* varie, *inquit*, ante hanc bullam (aureā ki-

scilicet)circa electionis locũ obseruatum fuisse,subijciendo:nõ minore beneuolentiæ affectu Carolus IV. Romanus Imperator hanc vrbem est prosecutus,quapropter electionis Romani Regis futuriq; Imp. per septem Germaniæ Principes Electores fiendæ, locũ eò potissimum in perpetuum constituit, Bullâque suâ aureâ confirmauit:*ca.1.§.preterea 18.c.2.c.28.§.inuenimus* 5.Quod confirmant etiam superiorum electionum exẽpla,quodq; à tẽpore Bullę promulgatę subsequentes Imperat. Francofurti omnes ferè electi sint.Sic Wenceslaus Caroli filius Francofurti electus est.*Cuspin.in eius vitâ.*Iodocus Barbatus. *Cuspin.in Iodoco.*Rupert.Palat.*Cuspin in Ruperto.*Sigismundus *Paralip.ad Abbat.Vrsperg.in Sigism.*Albert.II.*Albert.Krantz.l.2.in Saxon.c. 29.* Fridericus III. *Albert.Krantz.d.l.11.c.20.*Maximilianus I.*Crusius l.8.c.20.p.3 annal. Sueuic.*Carolus V.*Io.Sleidan.l.1.de stat.Religion.*Maximilianus II.*Iacob Aug.Thuan.l.31.histor.*Matthias II. *relatio electionis & coronat. D.Matthiæ* & nuperrimè modernus Imp.Ferdinandus II.Francofurti non solùm electus,sed & coronatus est.Ferdinandi I. Caroli V.fratris & successoris Electio licet Coloniæ,abdicatio tamen Imperij à Carolo Francofurti facta,ibidemque abElectoribus demum in ImperatorẽElectus est.*Godleu.de abdicat.Caroli V.* Et Rudolphi II. Electionẽ Ratisbonæ perfectam,& causæ & consensus excusare possunt.Quæritur hic I. *An hic locus ab Electore Moguntino mutari possit?*Negamus:Quia 1.Vt Francofurti Electio celebretur pro formâ traditur *in ca.1.§.preterea A.B.* Quotiescunq;autẽ aliquid pro formâ à lege traditur,tunc illud præcisè seruandum. *Fr.Pruckman.l.2.cons.18 n.83.*aliàs formâ legis non seruatâ actus est ipso iure nullus *l.5.C.de legib.*etiãsi forma illa vel solemnitas in re minimâ cõsistat.*Ludolph Schrader.l.1.cons.40.n. 12* Quo nomine Elector Saxoniæ citationem à Moguntino Coloniam anno 1530.factam inter alia impugnauit.*Io.Sleidan.l.7.de stat.relig anno 30.& l.8 anno 32.* inter conditiones,quas Cæsari Protestantes tradiderunt, refert & hãc, Moguntinus Francofurtũ collegas conuocet, neq; sit in eius potestate conuentũ alio in loco indicere,nisi collegæ grauibus de causis permittant.Præexistente tamẽ legitimâ causâ mutationis aliud cõcluderemus, vt mox dicemus.Quæritur II. *An alio in loco celebrata Electio legitima validaq; sit,an verò annullari possit?*Ambigua hæc & non semel agitata quæstio est.Sic Electio Caroli IV.inter alia & ob hanc causam nulla declarata fuit Cuspin.in Carolo IV.Et eodẽ ex fundamento Ferdinandi Electio Coloniæ peracta ab Electore Saxoniæ & protestantibus impugnata fuit.*Sleidan.l. 7. de S. R.* Pro priori quæstionis membro facit. 1.Quod locus non sit de substantiâ actus,sed tantùm accidens *c.fin. extra de*

tra de restitut.spoliat. 2. Quia actus à Principe factus nō potest ratione defectus formę vel solemnitatis maximè leuis momenti & iuris positiui inualidari. Ita in terminis *Anto.Bero.* respondit *l.1.cons.1. per totum.*. 3. Accedit, quod scribit *Hartm Maur. Archiepiscopi Coloniensis Consiliarius in coronat. Caroli V.* Quanquā *ait ille*, Carolus IV. Imp. Bullâ aureâ statuerit, Regum Rom. designationes Francofurti ad Moganum celebrari debere, idē tamen Carolus A.B. cōditor ea quæ de Electionis loco statuta contrariâ sanctione ad prætextū, quod tantam Electionē loco restringi perabsurdum foret anno à Natiuitate Domini 1365. palàm recedit summâ ratione, non enim à maiestate tanti Imperij est, vt Principes semper circum Rheni margines inhęreant, immobiles, fieriq; potest, vt Imperator cum Electoribus procul in hostili solo degat adeò dissito, vt intra pręfinita bullę tempora nullo pacto Francofurtū attingere possint ad eligendū, si Imperator fortè occumbat, aut in fata concedat &c. Pro posteriori membro pugnant sequentia. 1. Textus *Aur. Bull.c.1.§.præterea.& apertius c. 28. §.inuenimus 5.* confer rationem *qu. antec.* allatam. 2. Quia aliàs Electio in loco consueto & per leges ad hoc determinato fieri debet *c.causis c.auditu c.in Genesi extra de elect.& elect.potest* aliàs nulla est. *Mandag.de elect.p.1.c. 19. Conrad. Lancellott. in templo omn.iud.l.2.cap.5.§.1.Rubr.qual.fiat elect.num.4. Franc. Marc. decis.559.n.2.p.2.* 3. Consilium alio in loco conuocatum, quàm vbi conuocari consueuit, ipso iure nullus est illius actus. *Bertazz. tract. clausul. in procem.numer.5. Aymon Crauetta cons. 962.numer.3. arg. l. 3.§.idem Iulianus ff.de eo quod certo loco.* 4. Sic sententia loco insolito prolata priuatos non obligat. *l.eam sententiam 6.C.de sentent. & interlocut.l.pen.ff.de I.& I.* 5. Faciunt præiudicia initio quæstiones propositæ. Nos distinguimus: Aut iusta subest causa, aut non. *Priori* casu Electio alio loco peracta valida est, per *textum expressum in d.c.28. §. inuenimus 5. A.B.* Maximè cùm Electionem quoque alio in loco, si iusta subsit causa, fieri posse vltra *Lancellott.& Franc.Mar.locis citatis* tradit *Hostiensis in summ.tit.de Election.nu.3.* veluti propter pestem grassantem *Franc.Marc.decis.559.num.4.& seqq.* Quapropter cùm Carolus V. ex more recepto Aquisgrani coronari expeteret, increbresceret verò rumor pestis desæuientis, Archiepiscopus Mōguntinus, Palatinus Rheni & Dux Saxoniæ Regis aduentum in Coloniâ præstolantes missis literis magnis precibus petière vt Imperator ob tā probatam & euidentem causam tàm sui, quàm Principum respectu habito, alium coronationis locum indiceret, verùm cùm postmodū constaret morbi vim non tàm latè vagari, vti falso rumore ad aures Principum delatum

fuerat

fuerat, Coronatio Aquisgrani peracta fuit. *Hartm. Maur. t.l.* vel aliam causam similem. *Bald. in l.3. n.2. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Losæus de iure vniuers. p.1. c.3. n.73.* Siquidem & propter legitimam causam locus Concilii sacri mutari potest, si non sit Dominis Reuerendissimis Patribus securus. *Nicol. Boer. decis. 40. n.10.* vti Gregorius XII. P. M. se excusauit, quod non venerit ad Conciliū Pisanum, quia grauitatem cæli ferre non poterat, proferēs ad hoc *l.2. §. vlt. ibi vel aliqua fortuita calamitas ff. si quis caut. attestante Felino in c. accedens n.11. extra de lite contest.* Accedit quod alias promissio ad certum locum restricta, sic interpretari quis debet, si commodè ad eum perueniri possit. *l. vsuras C. de solut.* & vocatus ad locum non tutum, comparere non cogitur. *cap. accipimus extra de fide instrum. Clem. pastoralis §. notorium de sent. & re iudic. Andr. Gail. l.1. obs. 52. n.3. Posteriori* casu secundū strictū ius electio est ipso iure nulla *Lancel. & Franc. Marc. Dd. ll. Barth. de Firmian. tr. de Episcop. p.2. l.1. q.1. &* 2. per rationes in posteriori 9. mēbro adductas.

(96) Oppidum hoc à veris Francis Troianis fundatum existimat *Trithe. Hunibaldi Epitomator l.1. annal. citante Marq. Freher. ad l.2. Pet. de Andlo. c.2. verb. oppidum*: vbi ita scribit: Franco Marcomiri Dux Cis-Rhenanus apud Hogios, à Confluente vsq; ad ostium Mœni fluminis versus orientem inter Moguntiacos & Saxones Germanos veterem vrbem Helenopolim instaurans ex suo nomine Franckenfurt nuncupauit: vt summo Clodomeri filio aliā eodem nomine ad ripas Oderæ fluminis. *Hac ille.* Cur autem hæc ciuitas & non alia electa sit, in causa fuit, quòd nullus in Imperio commodior videbatur locus, si eorum, quibus vndiq; in vrbem commeandum est, ratio habeatur. Etenim si perpendamus verba sunt *Henrici Stephani*, quibus interuallis distat à quibusdam remotioribus oppidis, vnde ad se tempore nundinarum tantam multitudinem hominum accire solet, eam veluti centrum in medio positam esse reperiemus. *Et paulò post*: Si verò non solùm quali in agro, *subijcit*, sed & quâ eius parte sita sit, consideremus, vix alibi melius ij*s*, quæ ad vitam necessaria non incolis tantùm, sed etiam aduenis forent, institui posse fatebimur &c. vt nobis de Francofurto, quod Constantinus Imperator *in quadam constitutione* (quam refert *Henr. Goldast. tom.3. const. Imperial.*) de vrbe Arelatensi dicere solebat, tanta est loci oportunitas, tanta est copia commerciorum, tanta illic frequentia commeantium, vt quicquid vsquam nascitur, illuc commodius distrahatur: Neque enim vlla prouincia ita peculiari fructus sui felicitate lætatur, vt non nisi hæc propria Francofurtensis soli credatur esse fœcunditas: quicquid enim diues oriens, quicquid odoratur Arabs, (96)

 quic-

quicquid delicatus Assyrius, quicquid Africa fertilis, quicquid spatiosa Hispania, quicquid fertilis Gallia potest habere præclarum, ita illic exuberat, quasi ibi nascuntur omnia, quæ vbique constant esse magnifica vt adpositè *Petrus Lindenbergius* cecinerit:

Dives opum mundi μικρόκοσμος, Martia muris
Germana Aonidum filia Mercurij
Et clara Emporio & rerum penuaria cella est,
Vrbs à Francorum sic vocitata vado.
Cui nil Dij superi, cui nil natura negauit,
Nam si qua desunt, nec sibi mundus habet.

XVII.

In tempore considerantur termini duo: à quo & ad quem. Terminus, à quo incipit electio, est illud tempus, cùm necessitas ac casus exposcit, electionem, vtpotè, quando vocare incipit Imperium: (97) Terminus ad quem (98) siue tempus electioni destinatū sunt tres mēses continui. (99)

(97) (97) Quo fit morte naturali: de qua nullū dubium. *c. 1. §. cum autem. c. 4. §. caterum quoties A. B.* quæ omnia soluit. *Nouell. 22.* & alijs casibus, de quibus infrà *membro 7* latius dicturi sumus.

(98) (98) Qui terminus numerandus venit à tempore notitiæ, (tempus enim regulariter non currit ignoranti. *l. generoff. his qui not. infam. l. 1. §. si ad versus ff. quando appel. sit*) notitiæ Imperatoris (quod canonum exemplo ita statutum videtur, qui volunt, non antea ad electionem progrediendum, quàm Ecclesiam pastore viduatam esse constiterit, iusti quippe possessoris beneficiū alij dari non debet. *c. 2. & 3. extr. de conc. ess. præbend. c. 2. & 3 eod tit in 6*) Ita vt mēsis computetur pro Moguntino, cui intra illud temporis spatium incumbit, vt conuocet ad Electionē reliquos. Quo elapso siue citati siue non citati (socordia enim Decani cæteris obesse non debet, aut etiam Imperium custode destitutū detrimenti aliquid ob negligentiam vnius sustinere: exemplum habemus apud *Peucer. l. 5. chron. in Ruperto.*) comparare nihilominùs debent Electores intra tres menses functuri suo officio. *ca. 1. §. preterea 18. & seq. A. B.* Siquidem dies interpellit pro homine *l. magnam C. de contrah. empt. 1. si fundum ff. de V. O.* Quod ita obseruatum fuit in electione Caroli V. Imperator. vt docet *protocollum tit. 2.* Quod extat *apud Henr. Goldast. p. 1. c. 5.* Politischer Reichshändel.

(99) (99) *A. B. c. 1. §. preterea. An spatium hoc trimestre abbreuiare & restringere solus Moguntinus inscijs collegis possit?* Regulariter negamus. 1. quia tempus

ctionis terminis verius dicit *Nicol.Boer.in addition.ad Mandag.de elect. p.1.c.16.post Innoc.Hostiens. Abbat.Panorm. & Fel.* Inque ea opinione fuisse Albertum 1.Imp.de quo *in quaest.proximè praecedente*, videtur côfer *VVimpheling.in Epit.histor.c.42.& Lamb.Schaffnaburg.anno 1043.* Nos tamen hic stricto iure (de honestate partem minorem præsentem procedere non debere scribunt *Iacobat.de concil.l.3.art.7.n.28.& Tho. Campeg.de concil.c.3.n.11*) non tâtùm maioris, tùm ne illorum absentia in damnū Reipubl.vergeat contra *l.45.C.de decur.* tùm propter textus *A.B.* generalitatem *c.1.§ princeps c.4.§.1.* tùm propter subsecutam obseruantiam ex quâ legum optima declaratio desumitur. *Thoming.côs. 20.n.15.lib.1.* Sic in Electione Ruperti quatuor tantùm *Aventin.l.7.annal.Baior.fol.m 645 Trithem.in Chron. Spanheim.anno 1400.* Vt etiam ante in Electione Guntheri *Naucler.vol.2 gener.47.in pr* interuenerūt Sed etiam minoris: quia in fine termini à lege statuti, nedū pauci, sed etiā vnus de collegio eligere potest *l.7 §.in decurionib.ff quod cuiusq. vniuers.nom. Hier. Albani de potest Pap.p 2.n.231. Biax p 3.in d.c. El. Elect.c. 6.n.5.* quia ius collegij etiam penes vnum manet, si reliqui vel mortui, vel absentes, vel inhabiles fiunt. *d §. in decurionibus* vbi pulchrè *Glossa*: Licet vnus, *ait*, nō sit vniuersitas, nec vniuersi, nec vniuersus, retinetur tamen per eum ius vniuersitatis, licet per vnum ab initio cō stitui, vniuersitas non possit, sed per tres, *l. Neratius ff de V.S.* Vnde de iure ad pauciores Electio recedere potest, *c.gratum extra de post.prælat.* & qui ad Electionem celebrandam nolunt accedere, ipsorum absentia Electionem impedire nequit, *c.quod sicut extra de elect.* Vnde nostri tradūt, si capitulum debito modo congregatum sit, quod tunc minor pars capituli facienda explicare queat. *Franc. Marc.decis.569.n.4.p.2.* Vbi subijcit, quia vocati nolentes venire faciunt se alienos, nec debēt computari in numero, ex quo recusant venire. Et ita in terminis nostris concludunt *Io. Franc.de Pauin.de offic.& potest.capit sed.vac.prælud.5.n.8.Io. And in add.ad Spec.tit.de côpet.iud.§.ratione.* Non obstant *d.l.nulli &c.* vbi dicitur, duas partes cōuenire debere. Id siquidem verum est de illis tantùm, qui volunt & possunt, non de illis qui vel nolunt, vel non possunt, qui non computantur in illum numerum duarum partium. *Nicol.Euerd. Præs.cons.100.n.5. Modest. Pistor.vol.2.cons.45.nu. 67. Franc. Barsal.cons.107.n.3.lib.1.*

XXII.

(111) Adminstræ aliorum (111) Partes sunt. I. Principum &
(112) communitatum conductio das Geleit (112) Quæ hic considе-

ſideratur vt munus perſonale Imperio debitum:(113) non (113)
vt eſt particula iuris territorii, Die Geleits Herrligkeit (114) (114)
quamuis non ſine eo.(115) (115)

(111) Supra concl. 19.

(112) Siquidem ad curam Maieſtatis Imperatoriæ pertinet, vt pacatæ & tutæ ſint Imperij regiones *l. 3. in f. l. congruit ff. de offic. præſid.* Quo nomine vtiq; de prædicãdus eſt Hermãnus, qui poſtea Ottonis magni beneficio totius Saxoniæ Dux primus factus eſt, mediocri loco inter Saxones natus, ſeptem tantummodò ſub ſe colonos habuit, qui cùm apud ipſum deferrentur, quòd prædam in vicinos egiſſent omnes in crucem acti ſunt. vt refert *Holſat chronic.* Et laudabiliter dixit Philippus Haſſiæ Landgrauius: Man ſoll einen Fürſten kennen bey reiner ſtraß/ gutter Muntze/vnd haltung geſchehener zuſage. *VVaremund. de Erenberg. de regn ſubſid. c. 5. n. 37.* Et rectè, ſpectat enim commodum viarum ad Principem, quod in vectigalibus conſiſtit. *Andr. Knichen. v. ducum. c. 5. n. 165. de Saxon. non prouoc. iure.* Ergo & tutas eas conſeruare debet. (111) (112)

(113) *c. 1. A. B. per totum.* (113)

(114) Noſtri referunt ad ius maieſtatis Imperium pacatum & liberum conſeruare. *VVaremund ab Erenberg Cancellarius Ducis Brunouicenſis amicus & fautor meus olim colendus de regn. ſubſid. c 5. nu. 37. Ioan. Althuſ. c. 7. polit.* Ideò quod Impp. veteres hanc curã ſibi certos ſcilicet vijs publicis curatores attribuendo reſeruarint. *Regner. Sixtin de regalib. c. 4. n. 11.* Nihil de hac re hic ſupperaddimus: omnia reſeruantes ad *diſcurſum de iuribus maieſtatis*, qui hunc ſubſequetur. (114)

(115) Debetur Electoribus ſecuritas, immunitas ſcilicet ab offenſione priuilegiatiſſima, ſeueriſſimis ſanctionibus munita: Sigillatim omnia, quando, quibus, quomodo præſtanda expreſſa. *c. 1. A. B. vſq; ad §. 18.* Quæritur hic. *Quid ſi elector aut eius nuntius inſolitam viam ingrediantur & ſpolientur, tenebiturnè territorii Dominus, ſi eius conductum petere neglexerint, ad damni emendationem?* Negamus per ea, quæ in *diſcurſu peculiari de abſtruſa ſalui conductus materia* edituri ſumus. (115)

CONCLVSIO XXIII.

II. Ciuitas Francofurtenſis dare debet Electoribus itidem ſecuritatem, tutelam, omnemq́ue fidem ſub iuramento (116) & cauere, ne quem exterum vltra prædictum Electorum comitatum in vrbem intromittat, (117) intromiſſosq; exire faciat. (118) (116) (117) (118)

(116) (116) *c.1. A.B.§.iniungimus* 22. Anno Domini 1519. Franciscus I. Gallia- rum Rex pro suis legatis & comitatu eorum recipiendis egit apud Senatum Francofurtensem, & ipsimet quoq; Legati apud Electores, sed vtrimque repulsam passi, ob dictam constitutionem. Videantur literæ hinc inde missæ apud *Goldast. ab Haiminsfeld. in polit. Imper. p. 1. cap. 6.*

(117) (117) Quod ante bullam non obseruatum fuit. Vti in electione Friderici I. *Otto Frisingensi l.2 c.1.de reb.gest. Friderici I. Gunther. in Ligurino* Ottonis IV. *Cuspin. in eius vitâ.* Rudolphi I. *Albert. Argentin. in chronic.* Guntheri Schwartzburgici *Naucler. vol.2. gener.44.* Quapropter vt libera essent Electorum suffragia, nec Principum aliorum præsentiâ tardarentur, Carolo IV. Imp. placuit, vt soli Electores, aliis quamuis magnis viris Principibus abire iussis, adsint, & Electionis negotium obeant. Quod religiosè obseruatum fuit in electione D. Matthiæ, inter alia, quæ sub deliberationem veniebant, iuramentũ etiam fuit, quod ciues Francofurtenses ex præscripto Aureæ Bullæ præstare tenentur. vt ipsimet experti sumus, & refert *Autor relationis electionis D. Matthiæ.*

(118) (118) Sub pœna periurij, amissionis omnium priuilegiorum, & banni Imperialis *d. § in iungimus.*

Conclvsio XXIV.

Articul. 2. Membri V. De ijs, quæ in ipsâ Electione occurrunt.

(118) Quorum I. est Missæ (118) celebratio. (119) II. Deposi-
(119) tio iuramenti. (120) Circa quod notandum tùm modus,
(120) (121) qui in duobus consistit. In ritu scilicet, vt Eccle-
(121) siastici coram Euangelio (122) manus suas pectori impo-
(122) nentes, Seculares verò ipsum Euangelium manibus tan-
(123) gentes. (123) & in eo, vt primum præstetur à Moguntí-
(124) no, qui post ab aliis exigit. (124) Tum formula. (125)
(125) Quod iuramentum in se includit, vt electio fiat sincerè,
(126) sine fuco & fraude, (126) non pacto (127) non prece nec
(127) precio, neque promisso atque adeò liberrimè. (128)
(128)

(118) (118) Sic laudatissimus & sacratissimus *Imper. Iustinianus* institutiones suas ab inuocatione nominis diuini auspicatur. *in Epigraphe Instituc.* Benè enim & competenter vniuersa geruntur, si rei cuiussuis prin-

principium ſit decens & amabile Deo. *Nouell. 6. in pr. c. non obſeruetis 16. in f. c. 26. qu. 7.* & difficile eſt, vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. *c. principatus 25. cap. 1. qu. 1.* Meliori autem inchoari principio nihil poteſt, quàm diuini nominis inuocato auxilio. Deus quippe, cuius in manu ſunt ac poteſtate progreſſus ac exitus optatos ijs tribuit actib. quos ab ipſo auſpicamur. *Coloſſ. c. 3. Nouell. 80. in princ. Nou. 85. in pr. Nou. 109. in pr. l. 7. C. de off. Præf. Prat. Affricæ l. 1. §. 2. C. de vet. iure enucl.* cum multis alijs. Et vbi Chriſtus non eſt fundamentum, ibi nullius boni operis fieri poteſt ædificium. *c. cum Paulus 26. ca. 1. qu. 1. Andr. Braban. vol. 3. conſil. 35. in princ. Ioann. Stuckius exerc. Iuſtin. p. 1. dec. 1. aſſert. 1. lit. A.* Hinc *Plato l. 6.* de Legibus vult, Magiſtratum ſanctè, id eſt, prius inuocato numine, & circumſpectè, id eſt, exploratè & ex populi ſuffragio eligendum eſſe. Vt rectè & piè *Carolus IV. in pr. ca. 2. A. B.* ſtatuerit, vt ſtatim ſequenti die, (licèt hoc non ita ſtrictè obſeruetur, ſiquidem in electione D. Matthiæ, quamuis Principes Electores partim 20/10 partim 21/11 Rex Bohemiæ 23/13 May Francofurtum ingreſſi eſſent, Miſſæ decantatio iuramentique præſtatio demum 3. May facta fuit) poſtquam Francofordiam ingreſſi fuerint, in Eccleſiâ S. Bartholomæi Apoſtoli miſſam de Spiritu Sancto decantari, debere, vt ipſe corda eorum illuſtret; & eorum ſenſibus lumen ſuæ virtutis infundat, vt ſuo fulti præſidio hominem iuſtum, bonum & Imperio vtilem eligere valeant, &c.

(119) Iuſtum piumque arbitrati ſunt, cuiuſcumque electionis initium à miſſæ decantatione deſumendum eſſe *Petr. Greg. Tholoſ. part. iur. canon. l. 1. c. 29.* quam etiam de ſubſtantia electionis eſſe, ita vt eius omiſſio electionem vitiet, ſcribunt *Nicol. Boer. in addit. ad Mandag. de elect. p. 1. c. 19. Fr. Marc. deciſ. 1250. in pr. p. 1.* Hodiè Auguſtanæ Confeſſionis Principes Electores, ipſi Miſſæ non intereſſe, ſed interim in proximum conclaue ſe recipere conſueuerunt: Sic cum electio Maximiliani II. inſtituenda eſſet, & Wurzeburgicus Liturgiam de Spiritu S. ex Aureæ Bullæ præſcripto peragere cœpiſſet, Palatinus, Saxo, Brandeburgicus ex choro in proximum conclaue diſceſſerunt, inibi donec ad coronidem miſſa deducta eſſet, permanſerunt: inſequentibus eos Wilhelmo Landtgrauio iuniore, Georgio Palatino, Franciſco Lauenburgico, Anhaldino alijſque compluribus, vnà cum ſuis Conſiliarijs, Principibus & Ducibus. Finitâ verò Liturgiâ cunctiſque his ad ſuas denuò ſeſſiones reuerſis, ode illa: Veni creator Spiritus &c. decantata fuit, prout refert *Nicol. Heiden. in elect. Maximiliani Secundi.* (119)

Et in Electione Matthiæ cùm suffraganeus Moguntinus Missam celebrare inciperet, Palatinus, Saxo & Brandeburgicus Legatus surgentes in sacellum, quod propè chorum est, cum Consiliarijs aulicisque suis, dum ea celebraretur concesserunt, quâ finitâ dum prodeuntes iterum loca sua occupasset, hymnus: Veni creator Spiritus &c. cantari cœptus est, verba sunt *relatoris eius, qui Electionem descripsit.*

(102) (120) Quæritur hic: *An hoc iuramentum Principes Electores sibi inuicem remittere possint?* Quod non videtur: siquidem in *Aureâ Bullâ* pro formâ requiritur. *Nicol. Cusan. l. 3. de concord. Cathol. c. 26. Simon. Pistor. consil. 1. num. 31. l. 1. Henning. Goden. cons. 1. num. 7. tit. de elect.* Quoties cumque verò aliquid pro formâ à lege traditur, tùm illud præcisè seruandum. *Frideric. Pruckman. cons. 8. num. 83. lib. 2.* aliàs formâ legis non seruatâ actus nullus est. *l. 5. C. de legib.* Cui accedit & illud: quòd tale iuramentum publicum fauorem continet, cui priuatus renunciare nequit *DD in l. penult. C. de pact.* Quidquid in contrarium afferat *Franc. Bursat. cons. 375. n. 133.*

(121) (121) Hanc rem ita refert *relator Electionis Imp. Matthiæ*: Finito, *ait*, hymno Electores omnes vnà cum Legato Brandenburgico, præcedentibus eos cum gladiis, excepto tamen legato Brandenburgico, Marescallis, ad altare iuramentum ex præscripto Aureæ Bullæ præstituri processerunt, cumque in gradum supremum ascendissent, & adstantes faciem conuertissent, Moguntinus in medio constitutus causas conuentus sui, nempè, vt iuramentum, requirente ita Aureâ Bullâ, præstarent, paucis exposuit, primusque iuramentum istud, verba ei Treuirensi prælegente præstitit, postmodū Electoribus reliquis idem iuramentum Moguntinus prælegit, quod ipsi itidem magnâ promptitudine & alacritate Ecclesiastici quidem admotis ad pectus suum, seculares ad Euangeliorum librum digitis præstiterunt, hoc facto Moguntinus duos Notarios requisiuet, & vt actum istum notarent, vnumque vel plura super eo instrumenta conficerent, hortatus est, qui fidelitatem, obsequium & promptitudinem suam ad officium hoc submissè ei deferentes, nobiles & adstantes reliquos in testimonium requisiuerunt &c.

(122) (122) Siquidem Episcopi non habent necesse ipsa Euangelia tangere, sed sufficit vt coram illis ponantur sicut decidit *Rota Romana decis. septima tit. de Iureiurand. in antiquis & Marta Neapolitanus de Iurisdict. lib. 1. cap. 18. num. 17. Argum. cap. finalis, extra de iuramento calum.* Idem ritus de iure ciuili vsitatus fuisse videtur vt nobis colligere videmur ex *n. 123. c. 1.* vbi Clerici Præpositis *& l. 27. C. de Episc. audient.*

audient.l.14.§.patroni C.de iudicijs n.8.Rubr.ius iurand.quod præst.ab his qui administ.accipiunt vbi laici tactis Euangelijs iurant.

(123) Laicus iurans ipsa Euangelia tangere tenetur, licet sit princeps *ca.tibi Domino 33.dist.63.Clem.1.de iureiur. Petrus Belluga in speculo principis Rubr.9 in fine Mat.Surgensis in additionibus ad. M. Anto. Surg. de præfecto pratorio c.25.fol.443.* (123)

(124) Quanquam in *Aureâ Bullâ* quo ordine iuramentum præstare Electores soleant, non exprimatur, tamen subsequens obseruantia hoc ita declarauit: vt 1. Moguntinus 2. Treuerensis 3. Coloniēsis 4. Bohemus 5. Palatinus 6. Saxo 7. Brandeburgicus id præstent. (124)

(125) Formula iuramenti in *c.2.§ 2. A.B.* talis est. Ego N. Elector iuro ad hæc sancta Dei Euangelia, hic præsentialiter coram me posita, quòd ego per fidem quâ Deo & sacro Romano Imperio sum astrictus, secundum omnem discretionem & intellectum meum, cum Dei adiutorio eligere volo temporale caput populo Christiano, id est, Regem Romanorum in Cęsarem promouendum, quo ad hoc existat idoneus, in quantum discretio & sensus mei dirigunt, & secundum fidem prædictam, vocemque meam & votum seu Electionem præfatam dabo absque omni pacto, stipendio, precio vel promisso, seu quocunque modo talia valeāt appellari, sicut me Deus iuuet & omnes sancti. Quæritur hic: *an ad sancta Euangelia iurare liceat?* Quidam vt plerique ex aduersarijs nostris id negant *Matthæus VVesenbecius in π de iureiurando n.6. Hugo Donellus lib.21.Comment.c.13. VVaremundus ab Erenberg Meditamentis pro fœder.l.2.c.1.n.51.& seq. Ierem.Setserus de iuramētis l.1.c.5.n.6. Fran. Duarenus priore Com.de iureiur.c.11. Ioach. à Beust ad l.3.n.5 ff.de iureiur.* quia per Deum non per vllam creaturam iurandū sit *c.etsi Christ. 26.extra de iureiur. Deut.6.v.13. & 10.v.20. Heb.6.v.16. Ios. 23.v.22.& seq. Rom.1.v.9.2.2.ad Corinth.11.v.31.* Est enim iusiurandū species cultus diuini *Mat. VVesenbecius d.n.6.* Qui nō dandus est creaturæ *Fran. Duarenus d.c.11.* ergo ipsi Euangelio non iurandum, tanquā creaturæ *VVesen.d.l.* quamuis formula illa. **Als mir Gott helff vnd sein heilig wort**/ plurimis locis, quibus purior viret at viget religio, retineatur, *Osw. Hilliger in Donello enucleat.l.24.c.5.lit.F.* prauâ consuetudine iuxta *VVesen.d.n.6.* Quidam affirmant *Abbas Panor.in d.ca.etsi Christus n.6. Pet. Ant. de Petrâ de potestate principis c.19.n.27.* Et alij plurimi. Quidam distinguunt inter iuramentum quod fit per vel ad, **bey vnd zu dem heiligen** Euangelio & quod fit super vel tactis Euangeliis **Vff das heilige Euangelium** / illud prohibitum volunt, hoc permissum, & ita in ordinatione Cameræ Imp, p.1.tit.57.& seq. prę̨scripta est formula:

 zu Gott

zu Gott vnd vff das heillge Euangelium: similiter fecerũt Heluetij apud *Theod. Zvvingerum in Theat. vitæ hum. vol. 1. l. 2. fol. 143.* Et in renouatione fœderis cum Henrico IV. Galliarum Rege tactis Euangelijs *Pierre Matthieu in histoir lieure 4. narrat. 6. n. 8.* Et hoc probant *VVarc. ab Erenberg & Ioach. Beust DD. LL.* Cum quibus & nos transiremus, nisi quędam adhuc impedirent, de quibus alibi. Hoc addimus protestãtes in Galliã etiam recusasse tacto S. Anthonij brachio iurare *Iac. Augustus Thuan. l. 36. hist. anno 1565. p. 2. pag. 248.*

(126) (126) *Matthias Bor. in typo iurisprud. publ. German. cap. 2. Thesi 30.*

(127) (127. Etiam gratuitò *Iac. Menoch. cons. 96. n. 21.* vbi addit ita omnes scribere in *ca. si Papa dist. 79. & c. bona extra de Electionibus Nicol. Cusanus l. 3. de concordia Catholica c. 36.* Et licet eligendus pactus fuerit de dãdo aliquid, illud adimplere non cogetur *Arg. tot. ff. de condictione ob turpem causam Io. Parladorius ret. quotid. l 2. c. fin. §. 7. n. 4. Restaurus Castald. q. 111. n. 103. Selua de benef. p. 1. q. 2.*

(128) (128) *Arg. l. vn. ff. ad leg. Iul. de amb. l. vn. C. eodem gloss. in l fin. C. ad L. Iul. repetund. Aufrer. ad Capel. Tholos. decis. 439.* Et ita in specie non licere pro Imperio consequendo quicquã dare, aliàs dantem in L. Iul. de amb. incidere, volunt *Restaur. Castald. q. 119. Henn. Goden. d. cons. 1. nu. 9. & seq. Ioan. Sichard. ad l. 5. n. 4. C. de his quæ vi metusue causa Mart. Laudensis de Principe q. 241. Simon Pistor. d. cons. 1. Conrad. Lancell. in templo omnium iudicum l 1. c. 1. v. Electores Imp. in fine.* Quam ad rem grauiter *Plato l. 8. de Repub.* Reipublicæ malè constitutæ, inquit, argumentum est, vbi magistratus sunt venales, cùm principatus ac regna pecuniã parantur. Efficit enim hoc, vt in maiori precio sint diuitiæ, quàm virtus, & vt tota ciuitas immoderato studio pecuniæ dedita sit. Olim tamẽ Electores certam pecuniæ summam accipiebant, vide *literarum Alberti Electoris Saxoniæ anno 1291. scriptarum summam* Vmb assecuration wegen der Fünffthalb tausent pfunt Silbers so einen Churfürsten nach der Wahl gebuhret. *Apud Hen. Goldast. in Polit. Imperial. p. 2. tit. 2.* Addi nus in conclusione NEQVE PROMISSO: quia non minus precij promissio, quàm ipsa solutio prohibita est, vtraque enim Electionem nullam reddit, *l. 1. vbi DD. ff. ad leg. Iul. de ambit. Ludouicus Molin. Societ. Iesu de iustitia & iure disput. 594. n. 6. & seq. Ludouicus Molina de Hispanorum primogenitura l. 2. c. 5. n. 37.* in tantum, vt si vel vnus solus pecuniam acceperit, tota Electio nulla reputetur *c. nobis extra de Simonia ibi Panor. n. 2. Biax in direct. Elect. p. 1. c. 14. n. 1.* Siquidem iuramentum est de formã Electionis, quã nõ seruatã totus actus vt corruat necesse est. Quod quamuis quoad Electores quandam sapere duritiem videatur, cum delictum

delictum vnius alteri nocere non debeat *l. 26. ff. de pœnis* & vtile per inutile non vitietur *c. vtile de R. I. in 6.* Tamen quia turpitudo dantis & hoc in passu versetur, per ambitum enim ad imperium adspirare non debet *d. l. vn.* impunitus is dimitti non debet, vt in terminis nostris cōcludit *Simon. Pistor. d. consi.1 n 33.* Aliter verò puniri nequit, quàm annihilatione Electionis. Quod in terminis longè fortioribus concludit, *Ioan. Sichard. in l. 5. n. 4. C. de his quæ in metu sue causa.* Cum sit cōstitutio Imperij, *ait*, vt Electio noui Imperatoris tùm demum rata sit, quando non interuenerit merces vel nundinatio. Ponamus ergo Carolum V. & Gallum Franciscum I. esse competitores Imperij, Episcopus quidam ignorante Gallo corrumpit quosdam Electores pecunia vt eligatur Gallus, certè Electio est nulla, nec potuit se Gallus tueri ignorantiâ, quia quoad istam priuationem sufficit hoc esse actum nomine Galli, &c. hæc ille. Si igitur ignorãte Gallo precio dato Electio nulla fit, multò magis vbi sciente & iubente eo pecunia interuenerit. Quæstio I. *Quid si nihilominus quid datum vel promissum fuerit?* Sicut factum in Electione Richardi & Alphonsi *Hudal. Mut. l. 20. Chron* Caroli IV. Nam cum hic Ludouico Bauaro viuente in Regem Rom. eligeretur maximæ & multæ pecuniæ, verbis loquor *Ioannis Cuspiniani in vita eiusdem*, Electoribus elargitę, vt Ludouico forent rebelles *Abb. Krantz lib. 9. in Saxonia c. 26.* Addatur *M. Albertus Argentinensis in anno 1346.* Wenceslai: Carolus enim quartus dum filium hunc suum sibi successorem parat, immemor legis à se latæ magnis pollicitationibus ac largitionibus Electores corrupit, quas cum exoluere nequiret, publica vectigalia illis oppignorauit, ac Romanorum Imperium ad hanc calamitatem, in quâ adhuc est, deduxit. Nam Principes Electores ea sibi retinēt, quæ Imperij sunt, atque ideò se Romanum Imperium attollere, atque lacertos mouere vix potest, vt ait idem *Ioan. Cuspin. in vitâ Carol. IV.* Addātur *Æneas Sylu. in Bohemiâ c. 27. Auent. l. 7. Annal. Boior. fol. m. 639. Onuph. Panuin. de comit. Imp. fol. m.* 414. Carol. V. *Iacob. Aug. Thuan. l. 1. historiar.* Hoc casu dantem vel promittentem indignum esse concludunt *Henn. Goden d. consi. 1. n. 10. & seq.* Schwabenspiegel *l. 1 c. 30. in f.* accipientem vel paciscentem verò voce pro istâ vice carere, *Simon Pistor. d. consi. 1. n. 30. & seq. Matth. Stephani de iurisd. l. 2. p. 1. c. 5. n. 29.* Quæritur II. *Quid verò si post electionem electus dederit pecuniam?* Iure inspecto Elector accipere potest, quia lex de ambitu non pertinet ad id, quod datur post Electionem spontaneâ voluntate *Franc. Marc. decis. 936. nu. 10. p. 1.* Et dictum voluntate spontaneâ ad excludendum delictum præsumimus, *c. f. extra de præsumpt. Felin. in c. ex parte 12. extra de offic. & potest. iu-*

test. iu-

test.iudic.deleg. Quibus neglectis, Fridericus Dux & Elector Saxoniæ, cùm delatum sibi imperium ad Carolum V. suffragio suo detulisset, à Caroli V. Legatis 30. millia florenorum oblatâ constantissimè reiecit, cumque vrgeretur, vt tantum 10. millia pateretur dari ministris, accipiant, *inquit* si velint, attamen nemo valebit postridiè apud me, qui vel aureum accepit, manere *Ioan. Sleidan. l. 1. de S.R. Erasm. Roterad. l. 4. Epistola 13.* Quod factum heroicum & omninò imitatione dignum iudicamus.

XXV.

(129)(130) III. Electio debet fieri collegialiter, (129) actuque conti-
(131) (132) nuo, (130) pro maiore (131) votorum (132) parte. (133. Eò per-
(133)(134) tinet Electorum congregatio (134) deliberatio (135) & ipsa
(135)(136) suffragatio (136) Ordo autem in votorum rogatione (137)
(137)(138) hic est I. votum competit Treuirensi (138) 2. Coloniensi
(139)(140) (139) 3. Regi Bohemiæ. (140) 4. Palatino Rheni. (141)
(141)(142) 5. Duci Saxoniæ. (142) 6. Marchioni Brandeburgico (143)
(143)(144) 7. Et vltimum Moguntino. (144)

(129) (129) De hoc *supra* actum meminimus: cui addimus, quamuis diuersis in locis Electio Ludouici Bauari facta legatur apud *M. Albert. Argent. in Chron. anno 1314.* nec *Aurea Bulla*, vt collegialiter fiat expressè requirat. Tamen hanc Electionem collegialiter faciendam putamus per *textum notabilem in capite 4. §. 1. A. B. ibi:* quibus omnibus in electionis termino inuicem congregatis. Cui accedit, quòd non solum ad omnium actuum, ad plures vt collegium spectantium *arg. l. 2. C. de decurion. l. 4. ff. quod cuiusq; vniuer. nom. c. cum omnes extra de constitutionibus Hier. de Canallos in spec. commun. opin. cont. commun. q. 476. Loyseau de iur. vniuer. p. 1. c. 3. n. 28.* Sed etiam in specie ad electionum substantiã requiratur, vt collegialiter fiant, nec particularia diuersis in locis præstita suffragia sufficiant *DD. LL. c. quia propter. c. in genesi c. ne pro defectu c. dicet auditis extra de Electionibus Ant. Faber in C. lib. 1. tit. 4. definit. 42. Franciscus Purpur. consil. 594. n. 9. Parisius cons. 27. n. 16. l. 4.* & ita in terminis nostris conclusère *Fuluius Pacian. de probationibus l. 2. c. 35. n. 31. Pet. de Andlo l. 2. de Imp. Rom. c. 3. fol. 83.*

(130) (130) Non separentur Electores, nisi prius maior pars ipsorum Romanorum Regẽ elegerint *c. 2. §. 3. A. B.* quòd si intra triginta dies à die præstiti iuramenti Electionem distulerint, deinceps victum non habeant nisi in pane & aqua *d. § 3. c. 2. A. B.* Ratio cur Carolus IV. hoc ita

statuerit

ftatuerit, esse poterit:nam cùm ipsi quoque vicarij Palatinus & Saxo Electioni intersint, facilè respublica damni aliquid, si longior accederet mora, pati posset, & vt mixtè pericula effugiat, nihilominus ferocissimis ac audacissimis quibusque ciuibus, ait *Ioan. Bodin.l.6.de Rep. cap. 5.* omnia sibi licere putant, vt ferè fit mortuis Pontificibus Romanis, qui statim initiati omnia omnibus ignoscunt, ac cùm vltiones ac parricidia in occasum Pontificis Romani differri soleant, Sicarijs tutò latrocinari licet, huiusmodi fuêre nobilissimi duo latrones in agro Romano, qui non nisi post centum & quatuordecim parricidia Anno 1522. pœnas dederunt. Illud autem tralatitium est, Pontifice Romano mortuo carceres effringi, custodes necari, sontes iudicibus eximi, omnia diuina humana misceri, quoad Collegiũ Cardinalium concordibus suffragijs futurum Pontificem renunciarit &c. *Hæc Bodinus.* Cuius periculi auertendi causa & vt quàm celerrimè nouus Pontifex demortuo substituatur, constitutum est, vt postquam Cardinales conclaue intrarint, si intra tres dies Electionem non perfecerint per quinque sequentes dies tàm in prandio quàm in cænâ vno tantùm ferculo contentos esse oportere, quibus elapsis, si adhuc non concordes fuerint, panis tantùm, vinum & aqua illis administrari, quoad Pontificem ritè elegerint solet, *cap.3.de Elect.& Elect. pot. in 6. Clem.ne Romani 2.eod.tit.c.2.de Elect.& coronat. Pontif. l.2 carem.Eccl.Rom.*

(131) Ita expressè decisum verbis *Bullæ Aureæ c.2.§.4.* & ita docuerũt, (131) *Mart. Laud.de principe q.25.& q.553. Firmian. Bertac.in repertorio iuris v. Electio col.12. Lupold.de Betenberg de iure regni c.6.pag.44.& cir.pag.77. Io. Andr.in addit.ad specul.tit.de reser.§.fin.v.item quod impetratum Panor.in c.Venerabilem extra de Elect. Fuluius Pacian.de probationibus l.2. c.35.n.31. Conr. Lanc.in temp.om.iud.l.1.c.1.§.2.q.4.n.4. Abuarott.tit.quis dicat. Dux nu.9. Pet. de Andlo l.2.c.2.de Imperio Rom. ibi Marq. Freherus in notis* vbi ex *Rogerio de Houeden. Anglo* ostẽdit exteros de electione Imperatoris fabulosè scribere. Sic enim *Rogerius in Richardo I. pag.776.* scribit: defuncto Imperatore Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Duces, Comites & cæteri magnates Alimanniæ conuentu habito tenẽtur duodecim viros eligere communiter, eosque præsentare Archiepiscopis Coloniensi & Moguntino: Duci de Saxoniâ & Palatino Rheni: & quemcũque illi quatuor elegerint è prædictis duodecim, hunc in Regem Alimannorum euadere, & coronandum esse apud Hays (Achis vult dicere) capellam, vbi Carolus Magnus Sepultus requiescit, &c. Cum *Aurea Bulla*, consentit quoad hoc *constitutio Ludouici*

douici Bauari, quâ cautum erat vt is, cui plura ſuccederent ſuffragia, verus cenſeatur Rex ſiue Imperator, etiamſi in diſcordia eligatur *Alb. Krantz lib. 9. in Saxonia cap. 15. Hieron. Balbus de Coronatione fol. 39. Ioannes Cuſpinianus.* Et has conſtitutiones turbæ & ſeditiones antea in Imperio excitatę extorſerunt. Sic cùm Henrico VI. mortuo Otto IV. annitente Colonienſi Archiepiſcopo & fratre Ottonis Henrico Comite Rheni Palatino Rex Romanorum aduerſus Philippum Friderici I. filium, qui tamen à maiori principum numero Henrico fratri ſurrogatus erat, crearetur, variâ fortunâ vtriuſque partis miſerè conflictata fuit Germania *Alb. Krantz lib. 7. in Saxonia cap. 15.* Ipſe Ludouicus Bauarus & Fridericus Auſtriæ Dux per diſſidium & diſcordiam principum Imperatores creati, etiamſi à principū maiore parte ille Electus fuerat, nihilominus octo annis magna contentione armis inter ſe concertarunt *Io. Dubrauius l. 20. hiſt. Bohem.* Imò Carol. IV. & Guntherus Comes Schwartzburgenſis per principū diſcordiam Electi non minimū damnum Imperij rebus dederant *Alb. Krantz l. 4. in Saxonia c. 26.* Turbæ, *inquam*, hæ has conſtitutiones extorſerunt: Ludouicus enim Bauarus, quem ſecutus Carolus IV. in *A.B.* ſuo exemplo edoctus diſcordiā infœliciter exagitante, nulla vnquam tempora vel proſpera vel domi quieta eſſe *Paul. Oroſius l. 4.* Et tamen propter pronos ad diſſentiendum hominum animos *l. item ſi vnus §. principaliter ff. de receptiſ arbit.* in eam de facili deueniri, conſtituit, poſtquam Electores vel pars eorum maior numero Regem Romanorum elegerint, quòd talis Electio perinde haberi debeat, ac ſi foret ab omnibus ipſis, nemine diſcrepante, concorditer celebrata. Et ſanè aliter ſtatui non potuit, ſiquidem ad Electionem deueniri volumus. Cùm enim Electores ſeptem conueniant, & quiſque vi iuramenti præſtiti ſuam dicere ſententiam cogatur, vtique nihil procliuius erit, quàm inter illos diuerſas ſententias proferri, inter quas, ſi non quæ numero vincit, recipiatur, quæ diſſidentibus, quęſo, concordia dabitur? Igitur cùm Rubertus eligeretur, quamuis quatuor tantùm conſentirent Auentinus l. 7. Annalium Boiorum & Caroli V. Electioni aduerſaretur Treuirenſis, Ioan. Sleidanus l. 1. de S.R. Ferdinandi I. quoque Electionem Elector Saxonię Ioannes improbaret: Ioan. Sleidanus l. 7. de S. R. Tamen pluralitas votorum, quæ certa erat, reiectâ & ſpretâ vnius aut alterius diſſentientis ſententiâ, obtinuit, & per eam Electis Imperium decretum eſt: Quęritur hic I *An quod de maiore parte dicitur, intelligendum ſit habita conſideratione eligentium vel totius collegij Electoralis?*

Exempli

Exempli gratia: duo elegerunt Sirum, duo Titium, tres Caium. Rationes dubitandi sunt. *l. l. maiori 156. ff. de verb. sig.* Et quod notat *Bartol. in l. quod maior 19. ff. ad municipal.* Deinde à iure patronatus arguere ad Electionem nostram possumus: vt enim patronus Ecclesiæ viduatæ illud repræsentat; ita Electores per Electionem Imperio viduato repræsentant nouum Regem: in iure autem Patronatus ita receptum est, vt si fortè in plures partes fundatorum se vota diuiserint, ille præficiatur Ecclesiæ, qui plurimorum eligitur & approbatur assensu cap. quoniam extra de iure patronatus: ergo & idem in Electione nostra dicendum erit. Hisce minimè obstantibus, nos respectum ad ipsum collegium & eligentium numerum statuimus habendum, 1. propter, *d. §. 4. cap. 2. A. B.* qui requirit, vt pars ipsorum, scilicet Electorum, maior numero eligat: tres autem saltem Electores, ac sic non maior pars, nostros casu elegit, ergo. 2. Probatur per *textum iuris Canonici in cap. Ecclesia vestra 57. extra de Elect. & Elect. pot. ibi Abbas Panormitanus num. 1. &* 4. vbi subijcit, se aliàs vidisse Paduæ propter istum defectum, quia non maior pars eligentium omnium, licet maior pars respectu aliorum Electorum, prætorem elegerat, Electionem fuisse retractatam: cùm dispositio illius capituli obtinere debeat in omnibus alijs Electionibus. Idem scribit *Franc. Marc. decis. 919. n. 2. & 922. n. 2. p. 1.* Tertiò accedit ratio quam habet *Lupold. de Babenberg de iurib. reg. & Imp. cap. 2.* Quia Electio non pertinet ad Electores, vt singulares personas, sed vt ad collegium: quâ de re nos suprà: & ideò collegij maior pars requiritur, *Pet. Aug. Morla in Emp. iuris p. 1. tit. vlt. quæst. 9. numer. 14.* Quarto cum hac nostra transeunt, *Onuphrius Panuinius de comit. Imp. tit. ver. sept. Elect. instit. edocetur p. 403. in princ. Restaurus Castald. de Imperat. quæst. 70. numer. 3. Georg. Sigism. Seldus Vicecancellarius quondam Imperatoris Ferdinandi in Consilio ad Ferdinandi requisitionem conscripto quæst. 1. §.* zum neunzehenten *in fin.* Et alij. Hoc tamen omninò obseruari volumus, quòd tantùm de præsentibus loquamur: absentium enim nulla habetur ratio *cap. 1. §. 21. Aur. Bul.* sic si tres tantummodò adsint, duo pro maiori habentur parte: cuius rei etiam suprà mentio facta est. Quæritur secundò: *An sola maioritas numeri an verò etiam sanioritas*, vt loquuntur *voti sit spectanda?* Tametsi *cap. Ecclesia vestra 56. extra de Elect. & Elect. pot. & cap. fin. extra de his quæ fiunt à maiore parte capituli* maioritatem & sanioritatem coniungant, *Nicol. Euerhard. præses cons. 39. numer. 3. Iac. Menoch. cons. 96. numer. 12. & 16. Modest. Pistor. cons. 45. numer.*

 87. vel.

87. vol.2. Et vt loquitur *Imperator noster Iustinianus in constit. de concep. ff. ad Tribonianum* §. *6.* Non ex multitudine auctorum quod melius & æquius est, iudicatote cùm possit forsitan & deterioris sententia, & multas & maiores in aliquâ parte superare. In specie quoque & in terminis, *constitutio Ludouici Bauari.* & maioritatem & sanioritatem requirit, prout eam referunt, *Alb. Krantz lib. 9. in Saxonia cap. 15. Sebast. Munsterus lib. tertio Cosmograph. cap. 24. Paralipomena ad Abbatem Vrspurgensem Anno 1438.* Tamen nobis prius omninò statuendum videtur. *Tùm* per *textum Aur. Bull.* qui maioritatem tantùm non etiam sanioritatem requirit: *tùm* quia iura ciuilia in actibus Collegij maiorem tantùm numerum, non etiam sanioritatem efflagitant, *lib. 194. ff. de ver. signific.* Vnde colligitur in actibus vniuersitatis sæcularis & terris Imperij sufficere solam maioritatem, nec attendi sanioritatem *Fuluius Pacianus de probat. libr. 2. cap. 43. numer. 72. & 73. Tùm* quia in simili tradunt *DD.* in Electione Pontificis *Iacobatius tract. de concil. lib. 6. artic. 3. numer. 47. Conradus Lancellottus in templo omn. iudic. lib. 2. cap. 1. §. 2. quæst. 1. numer. 5. Tùm* quia prior opinio varijs turbis & seditionibus ansam daret. Quod tamen cum hac limitatione intelligi volumus: nisi maioris partis Electio vel contra antiquam Imperij consuetudinem vel in maximum Imperij præiudicium tendat: quibus casibus maior numerus non attenderetur, *Carolus Ruin. cons. 130. num. 5. & 6. lib. 5. Ioan. Vincent. de Anna. allegat. 57. num. 15. Adrianus Gylmannus decisione Cameral. 8 n. 20. & 21.*

(132) (132) Casus hoc in loco proponitur talis: *quid si tres coelectorem* (Electores enim ex consortio ipsorum aliquem eligere possunt per *§. fin. cap. 2. A. B & lib. plane 4. ff. quod cuiusque vniuer nomine ibi Bald. in fin. Ioan. le Cirier de primogen. l. 2. quæst. 13 numer 37. Petri de Andlo de Imperio Rom. l. 2. cap. 2. p. 82.* Taliaque exempla præter antiquiora habuimus præterito sæculo in Maximiliano II. Rudolpho II. Matthia, nouissimèque in gloriosissimo Imperatore moderno) *elegerint, tres ultimum. an Electus in sui Electionem consentire & sua voce numerum augere possit?* Id quod non videbatur asserendum: *tùm* quod is, cui competit vel concessa fuit eligendi potestas se ipsum eligere nō possit per *l. 4. ff. de tut. & cur. dat ab his glos. Barth. & Dd. in l. plane 4 ff. quod cuius. vniu. nom. Barth. & Bald. in l si tibi mand. vero §. si tibi cautū ff mandati And. Fach. cons. 18 .. l. 3. Boronin. Canal. decis. 40. n. .. l. 1.* ... quæ eligēs & Electus censeantur rel... ... verumque; tamen-

in eandem personam concurrere nequit *per ca. per vestra extra de iure patronatus Parisius conf. 8. n. 39 l. 1.* tùm quod nemo in propria causa testis vel etiam iudex sit *l. vnica C. ne quis in causa sua.* Electus verò dum se suâ voce iuuat, videtur quasi sibi perhibere testimonium, & iudicare se dignum esse, cui fasces Imperij tradantur: iurauit enim cum cæteris se id neum electurum *§. 2. c. 2. A. B.* tùm quod suspectus reputetur qui operas suas ingerit vt loquitur *Vlpianus in l. quæ omnia §. 2. ff. de procur.* tùm quòd expresse traditum sit, eum, ad quem spectat dignitatum collatio, semetipsum eligere non posse *cap. fin. extra de constit.* Vbi additur ratio: quia inter dantem & accipientem debet esse distinctio personalis, hinc & in *cap. per materias extra de iure patron.* nullus, *ait Pontifex Max.* se potest ad personatum alicuius Ecclesiæ præsentare, quatumcumque idoneus sit & quibuscumque studiis & meritis iuuetur. *Marc. Anton. Peregrin. conf. 35. numer 25. volum. 1.* Siquidem desiderantibus est negandum, fugientibus offerendum *cap. in scripturis causa 8 quæst. 1. Innocent. in cap. 23. extra de elect.* Verùm hisce non refragantibus *Carolus Quartus in §. fin. cap. 2. Aur. Bull.* contrarium constituit: quod congruit tàm iuri ciuili *d. l. plane 4. & ibi Bald.* quàm iuri Canonico *cap. cum in iure 33. ibi Ioann. Andrea extra de elect.* Et ita in indiuiduo *Cardinalis Iacobat. in tract. de conc. lib 3. articul. 1. numer. 119. Capolla cautela 96. Conrad. Lancellot. in templo omnium iudicum l. 2. cap. 1. §. 2. quæst. 4. numer. 8. Ioann. le Cirier. d. l. 2 quæst. 12. numer. 38. Borgninus Caualcanus d. decis. 40. numer. 4. lib. 2. Marquardus Freherus in not. ad Petr. de Andlo l. 2. cap. 2. v. eligere* tradunt sicque *hic* §. practicatus fuit in Ruperto Imperatore. Is enim à Moguntinensi, Treuirensi & Coloniensi Archiepiscopis electus suæ electioni consensit, & sic Imperttor factus fuit *Abbas Trithem. in Chronic. Spanheimensi Anno 1400. Paulus Lang. in Chronic. Citizensi Anno 1400. Ioann. Naucl. volum. 2. generat. 47.* Vt haud immeritò excusandus veniat Ludouicus Bauarus, qui fidem Friderico Austriæ promissam in sui ipsius electione non seruauit *Ioann. Cuspin. de decis. Imper ob duos competitores.* Potuit enim electionem de se per Moguntinum, Treuirensem & Bohemum factum, licet dolus Brandeburgici non interuenisset, voto suo comprobare. 1. *§. f. c. 2. Aur. Bull.* & alias regulariter in promissione factâ persona promittentis non inclusa seu exempta censeri debet; quia charitas ordinata à se ipsoque incipit, *argument. l. si præsens C. de seruit. & aqua cap. fin. dist. 86.* Argumenta contraria obiecta vno ictu dissolui possunt. Hoc enim volunt, sui ipsius electionem non valere, quod non negamus:

At nostro casu, vbi tres quartum eligunt, non quartus semetipsum eligit, sed iudicium, quod tres de ipso tulerunt, comprobat. Ex hâc quæstione pullulat & sequens quæstio: *Quid si ante non tres, sed vel nullus planè, vel pauciores fortèq; vnus vel duo in aliquem sua contulerint suffragia, anne & is voto suo sibi accedere poterit*; Sigismundus Imperator se ipsum primus elegit vt refert *Ioan. Dubrauius l.22. hist. Bohem.* dum scribit Moguntino comitia Electoribus indicente, ad quæ cum Sigismundus Rex Hungariæ tanquam Brandeburgicus venisset, dignitatisq; regiæ primus sententiam esset rogatus & de Cæsare nominando, se ipsum nominasse: me inquiens, ego noui alios non itidem: an æquè mecum imperio orbis digni sint, præsertim in tanto rerum motu, quo Italia quoque schismate ibi durante plurimum laborat. Miratos hanc tàm liberam & apertam Sigismundi vocem cæteros Electores communiq; assensu illum approbantes ipsum Cæsarem consalutasse &c. *hæc ille.* Hoc factum licet ipse Sigismundus in verbis iam relatis diluat, *Dubrauius* etiam excusare nitatur, dum *d.l.22. ait*: qui vt ostēderet non tam sui honoris ambitiosum, quàm laboris pro Republica Christiana subeundi cupidū esse, vt illam videlicet in pristinum statum erroris & schismate sublatis reduceret, laboriosissimam peregrinationē obijt magnam Europæ partem peragrauit, deinde Italos Gallos Hispanos Britannos & alias nationes ad Concilium Constantiæ in Germania celebrandum contrahit &c. Tamen iuridicum non est: *tum* propter *textum d.§.fin.ca.2. A.B.* tum quod electio alicuius ab illo ipso originem sumere non debet (alias enim ambitiosa esset) *d.c.in iure 33. extra de Elect. ibi Panormit. Ioann. And. & Canonista* tum quod nemo seipsum primò eligere *Baldus in l. plane 4. ff. quod cuique vniu. nom. Capolla cautela 96. Ioann. Philip. Monspell. cons. 51. n. 22. Conr. Lancel. in templo omnium iudicum l.2.c.1.§.1.n.6.* nec aliter electioni de se factæ assentire potest, nisi ante vel maior pars in eum consenserit vel ad minimum pars quælibet æqualis fuerit vt apposité docent *Fran. Marc. decis. 1209. n.3. p.1. Borgnin. Caualc. decis. 40. n. 441.*

(133) (133) *Quid si absente vno sex disparibus vtrimque votis eligant? Domin. Arum. discursu Academ. 2. super A. B. conclus. 17.* vult electionem de nouo institui. Cui assentire neutiquam possumus cum vterque de consuetudine administrare debent, quamdiu alter eorum fuerit per Papam reprobatus, vt loquitur *Henning. Goden. cons. 1. de coron. n.3.* Et potest Pontifex gratificari cui voluerit *Conr. Lancel. in templo omnium iudicum l.4 c.1.§.2 q.4.n.6.* & ita habet *c. venerabilem extra de Elect. & Elect. pot.* Vbi cum Lotharius & Conradus in discordia fuissent

Ele-

Electi Romanus Pontifex Lotharium coronauit, & Imperium obtinuit coronatus.

(134) Quæ fit in sacrario ædis D. Bartholomæi. Et hæc omnino necessaria. Siquidem non in angulo suffragia feruntur, nec quilibet in camera sua separatim eligere potest. *Henning. Goden.consf.1.n.7.de elect.* (134)

(135) Hæc ipsam suffragationem ante ire solet. Ita in Caroli V. Electione prius publicè deliberatio habebatur, pridie eius diei quam suffragia & vota lata, pluribus *Ioan.Sleid.l.1. de S.R.* solent quoque Electores singuli duos consiliarios circa ipsum suffragationis tempus in conclaue vocare, vt patet ex *relationibus Electionum apud Henric.Goldast. ab Haiminsfeld.* (135)

(136) Suffragium est sententia Electoris, qua ad Scrutinium alterius voluntatem declarat de persona certa in Imperatorem assumenda. Ex quibus natura suffragii cognosci satis potest. Diximus ad Scrutinium, nisi enim requisita suffragia non valent *cap. Cumana de Elect. in 6. cap. 4. §. 2. Aur. Bull.* Post Scrutinium consensus expositus itidem non valet *c.Ecclesia 57.extra de elect.& elect.pot.* Quæritur hic primò: *Vtrum conditionalia & alternatiua suffragia valeant?* Ratio dubitandi esse potest, quod in nullo iure prohibitum, sicq; permissum videtur *l. 1. §.1.ff.de testib.* Et ita in simili huiusmodi vota hac de causa in Electione Pontificis Maximi permitti, quod illa non vt in aliis Electionibus Ecclesiasticis, ita & in hac expresè prohibita sint tradit *Gondisalu.de Villadieg.de Orig.& præstant.Card.qu.5.nu.24.post.gl.in c.2.de elect.in 6.* Hac non obstante negatiuam verissimam remur: cum iure communi nec alternatiua *d.c.de Elect.in 6. Vbi Ioann. And. Pet. Greg.Tholoss.in partit.iuriscan.l.1.tit.fin.c.5.* nec conditionalia *d.c.2. Riminald.consf.112.n.193.& seq.volu.2.* Siquidem Electio est actus legitimus, qui non recipit diem vel conditionem *l. actus 77.ff.de reg.iu.* Et scribit *Iason.consf.162.num.4.& seq.vol.2.* nec incerta *d. c.2. Mart. Vran. consf.26.num. 6. & consf.27.num.2.tom.3.* Sed pura tantùm in electionib. admittantur *d.c.2.Iac.Philip.Portius consf.20.num.12. Cardin. Zabarella consf.99.& consf.104.Vincent.de Franchis decis. 438.num.4.* Et cum de hoc ante aliquot annos in Camera Imperiali disputatio exorta esset, quidamque contendissent vota conditionalia in Electionibus ad sæcularia officia permissa esse inque numerum computari posse, tamen contrarium per statuum deputatos approbatum & constitutum fuit, vt in electione adsessorum suffragia pura & non in euentum ferantur ex *Iud.& assess.memor.de anno 1600.§.* vnd damit bey *9.Pet. Denais. tit. 13.§.18.* Quæritur secundò: *an votorum inquisitio secretè an verò publicè fieri* (136)

fieri debeat? In Electione Friderici primi *Gunther. in Ligur. l. 1.* Caroli V. *Sleid. l. 1. de S. R.* Maximiliani I I. *relator electionis Maximiliani I I.* publicè: in Electione verò Adolphi Nassonij Secretè dictæ sunt sententiæ *Cuspin. in eius vita*: & vtrumque fieri posse Concludit *Gerl. Buxtorph. in discert. A. B. conclus. 42.* Nos priorem modum tutiorem esse statuimus. Maiore enim cum libertate vota electorum proferri possunt: nonnullos quippe quidam pudor naturalis vel præconcepta opinio de prudentia eius, qui prius votum dixit deterret, quominus id quod mente cogitant, liberè proferant. Cui accedit *Ius Canonicum* quo electio Secretè institui præcipitur *c. quia propter 42. extra de elect. & elect. pot.* Vnde in Areopago sententiæ in pugillaribus conscriptæ exhibebantur *Suet. in Aug. c 35 Petr Greg. Tholoss. in S. I. V. l. 17. c. 12. nu. 39 Euerh. Præses consil. 39 n. 8. Nic. Boer decis. 1. nu 26.* Alium votandi modum assignat *Nic. Cus. l. 37. de concord. Cath.* secundum quem infinitis fraudibus obuiari posse putat: quem vide.

(137) (137) Primum votum olim competijt Moguntino *text. in Spec. Saxon. tit. 3. art. 57.* Der Bischoff von Mayntz der hat die erste stimme der Wahl/ der Bischoff von Trier die andere/ der Bischoff von Cöln die dritte. Totidemque verbis in *libro de iure nationali & feudali l. 1. c. 29. & l. 2. c. 8 §. 5. & chron. Colon.* Vbi de Pipino Caroli Metelli filio agit sicut enim refert *Goldast. in rationalibus p. 98.* Iam tum tempore Henrici IV. *Cyriac Spangenberg. in chron. Mansfeld. ca. 188.* Friderici Primi. *Gunther. in Ligurin. l. 1.*

Tandem quid peteret regni fortuna per vnum
Dignata est aperire virum, qui nomine clarus
Dux, Comes an Præsul dubium.

Ad quem locum *Conrad. Ritterhus. in notis c. 2. num. 228. l. 1.* Miror dubitari de hac re posse, ait, cum *l. 6. v. 6.* fateatur Moguntinum Præsulem in Electione Imperatoris more antiquo præcipuum habere suffragium: versus dicti *lib. 6.* sunt.

——— ad proceres Electio pertinet, in quâ
Præcipuam vocem Præsul de iure vetusto
Moguntinus habet.

Quod ipsum Friderici I. testimonio proprio clarum est apud *Raderic. Frising. qui Ottonis Frising. libros suppleuit. l. 3. c. 16. & l. 1. de reb. gest. Friderici I. c. 16.* Et liquet ex *Epistola Episcoporum Germanorum ad Papam Hadrian. IV. de Frider. Imperat. I.* vbi aiunt: duo sunt quibus nostrũ regi oportet Imperium &c. (& quæ sequuntur) Electionis primam vocem Moguntino Archiepiscopo, deinde quod superest, cæteris secundum

dum ordinem principibus recognoſcimus &c. Apud *Onuph. Panuin. de comit. Imper. p. m. 396.* Teſtaturque *Lamb. Schaffnab. in annal. anni 1073.* Archiepiſcopus Moguntinus *ait* cui potiſſimum propter primatum Moguntinæ ſedis eligendi & conſecrandi regis auctoritas deferebatur Principes de toto regno Moguntiam euocauit &c. Henrici V. *Cuſpin. in vita eiuſd.* Friderici II. *Cuſpin. in vit. eiuſd.* Richardi *Albert. Krantz in Saxon. l. 8. c. 28.* Adolphi *Auent. l. 7. annal. Boiorum fol. 758.* Et id quidem iure, tùm quia Epiſcopus Moguntinus Principum Electorum Decanus eſt vt *ſupra diximus.* Decanus vero primam in capitulo vocem obtinere debet *Fran. Marc. deciſ. 1365. n. 12. p. 1.* tùm etiam quia locum ſeſſionis digniorem habet *c. 3. A. B.* Ex ordine verò ſeſſionis metienda eſt dignitatis eminentia *And Knichen de iur. Sax. non prou. c. 2. n. 20. v. Ducum*, & is qui primo vel honoratiori loco ſedet, primum quoque votum habere debet *l. Spurij 6. §. fin. ff. de decur. Barthol. Chaſſanæus in cathal. gloria mundi p. 1. conſid. 14.* Hoc ius Carolus IV. in A. B. Moguntino ademit vt iam iam dicturi ſumus.

(138) *Capite 4. §. primò quidem A. B. Æneas Sylvius in Germ. cap. 30. Pet. de Andlo de Imper. Rom. l. 2. c. 2.* Prima vox apud Romanos magis honorifica cenſebatur *Gerhard. Mainhartz deciſ. Tholoſ. 1. per tot. l. 1.* & digniorib' datur *arg. l. 1. §. in ſent. ff. de albo ſcribendo l. 2. ibi decernendi C. de præf. prat. And. Tiraq. de primogen. in præfat. nu. 112.* Cum verò Eccleſiaſtici digniores ſint laicis *Barth. Chaſſan. in cathal. gloria mund. p. 4. conſid. 78.* ergo ab Eccleſiaſticis initium factum, Treuirenſique Archiepiſcopo prima vox data fuit. (138)

(139) *Dicto §. primò quidem c. 4. A. B.* (139)

(140) *Dicto §. 1. quidem Hartm. Maur. de coronat. Caroli V. Andr. Knich. de iure Saxon. non prou. v. Electores c. 1. n 232. Iacob. Aug. Thuan. l. 2. hiſt. f. 2. Matt. Steph. de iuriſd. l. 2. p 3. c. 5. n. 42. Pet. de Andlo l. 2 de Imper. Rom. c. 2. ibi Marq. Freher. Georg. Schonborn. l. 5. politic. c. 33.* Videatur quoque *conſtitutio de iure Electoratus Regi Bohemiæ competente apud Henr. Gold. tom. 2. conſtit. Imp. p. 89. 90. & 91.* Nec immeritò cùm enim inter principes electores laicos ex regiâ familiâ oriundus ſit, meritò & iure primas tenet. Qui enim maiorem dignitatem habet, iure quoque priorem vocem habebit *Eccleſ. c. 22. Fab. de Anna conſ. 40 nu 28. Marzar. conſ. 26. nu. 9.* Errores quos quidam circa Regem Bohemiæ errant *ſupra membro primo* refutauimus. (140)

(141) *d. §. primò quidem Reſt. Caſtald. q. 8. n. 21. v. 24. Pet. de Andlo d. l. 2. cap. 4.* (141)

(142) *d. §. primò quidem.* (142)

(143) (143) *d. §. primò quidem* hunc olim inter Electores primum obtinuisse locum existimant *Michael. Beuther. Pater in animaduers. histor. c.13.nu.37.& seq & ibid. Ioann. Michael. Beuther. filius in addit num. 24.* 2. Palatinũ 3. Saxonẽ. Idque *n.38.* probat. ex *M. S. chron. in Bibliotheca Imper. Viennæ* asseruato. Idem existimat *A. Brun. in triad. Elect. Palat: anno 1356.* Videturq; ne esse de mente *Blondi, Platina, Polidori Virgilij, Collenutij, Mutij & aliorum*, dum primo loco nominant Marchionem Brandenburgensem. Quibus tamen resistit *Speculum Saxonicum l. 1. c.57.& Speculum Sueuicum. siue* Schwabenspiegel *l. 1. c.29. § 1.* Vbi expresse habetur, primam vocem Palatino, secundam Saxoni & tertiam Brandeburgico competere, quos libros antiquiores *A. B.* esse constat. Idem probatur ex *Auentino l. 7. annal. Boiorum fol. 569.& ex Henric. Gold. tom. 3. constit. Imper. fol. 403.*

(144) (144) Hunc ordinem *A.B.* præscriptum & definitum nec posterioribus temporibus obseruatum, sed antiquam illam consuetudinem, qua Moguntino prima vox debebatur, quasi postliminio redijsse autumat *Dominic. Arumæus discurs. 3. sup. A.B. conclus. 14.& 21. & Nicol. Heiden. in Elect. Maximiliani II. apud Goldast. p.1.c.10. in Polit. Imp.* Verùm ne eis fidem habeamus, planè persuademur verbis decreti electionis: Vnnd Wir Albrecht Cardinal alß Ertzbischoff zu Maintz/ ꝛc. Der anderen Vnserer mit Churfürsten vnd geschickten Bottschafften stim vnd Vota nach ordnung vnnd gesetz daruber gemacht von jeden sonderlich gefragt vnd erforscht / vnnd Wir andere Churfürsten vnnd geschickte Bottschafften sampt:lich hinwiderumb/ꝛc. Videatur *protocoll. coronat. Caroli V. tit. 31. apud Goldast.* Politische Reichshendel. Mansit itaque *lex A. B.* in suo vigore & Treuirensis primam vocem habuit etiamnum Caroli V. tempore: nec ea mutata reperitur tempore Ferdinandi I. quid itaq; de subsequentibus Maximiliani II. Rudolphi II. Matthiæ, & gloriosissimi Imperatoris moderni Electionibus statuendum iuris ratio cuilibet vel mediocriter docto aperire potest. Confer *Gerlac. Buxtorph. differt. A.B. concl. 50 lit. 2.* Quod verò *Ioan. Sleid. l.1. de S.R.* Votum Moguntini prius exponit, id potius de deliberatione non de suffragatione (diuersi enim hi sunt actus) accipiendum vid. *Sabin. in relat. istius elect.*

CONCLVSIO XXVI.

(145)
(146)
(147) IV. Vota colligenda (145) conferenda (146) & statim pub-
(148) licanda (147) Primò in conclaui: (148) deinde coram po-
(149) pulo. (149) Solet etiam, si electus præsens sit, populo in æde
(150) S. Bartholomæi statim sisti. (150)

(145) Cũ in aliis Electionib⁹ de scrutatore lis oriri soleat *H. Mãdagon. de elect. p. 1. c. 23.* ne igitur hæc inter principes electores moueatur, constituit *Carol. IV. Imperat. c. 4. §. caterũ A. B.* vt Moguntin. non alius *d. §. caterum Pet. de Andlo. l. 2 de Imp. Rom. c. 2. Restaur. Castald. de Imp. q. 8. c. 21. n. 24. Conrad. Peucer. lib. 5. Chronic. in princ. omnium d. c. 4. §. 1. & 2. A. B.* adeò vt omissio requisitionis vnius electionem nullam reddat *c. quia propter. 42. extra de elect. Nic. Boerius decis. 1 n. 6. & seq. Ant. Fab. in C. Fabiano l. 1. t. 3. definit. 43.* suorũ coelectorum vota singulariter *d. §. caterum infra ibi* singulariter *d. c. 42.* ibi singulatim *Nic. Boerius d. decis. 1. n. 26. Nic. Euerhard. Prases cons. 39. n. 5. Pet. Greg. Thol. l. 17. S. I. V. c. 12. n. 29.* & ita in electione Maximiliani. II. Moguntinus sigillatim cæteros rogauit *Iac. Aug. Thuan. l. 23. hist. Simon. Schardius tom. 3.* vbi de Electione Maximiliani. II. inquirere debet. Tali modo votis omnibus à Moguntino perquisitis reliqui principes Electores oẽs Moguntinũ viceuersa inquirunt *Pet. de Andl. l. 2. de Imp. Rom. c. 2. Restaur. Castal. q. 8. c. 21. n. 24. Matt. Steph. de Iurid. l. 2. p. 1. c. 5. n. 40.* & de electione Maximiliani II. Verba faciens *Iac. Aug. l. 22. histor.* coram ijs (scilicet conuocatis) Moguntinus à collegis de eligendo Romanorum Rege rogatur. Verùm solum Saxoniæ ducem id facere consueuisse *Conrad. Peucerus l. 2. Chronic.* & stylus publicorum Comitiorum docent. Quod & hodiè ita obseruari satis indicio est *Protocollum in coronatione Caroli V. tit. 26. & decretum electionis ipsorum Electorum tit. 31.*

(146) Hic actus etiam competit Moguntino. (146)

(147) Arg. *c. quia propter 42. in fin. extra de elect. & elect. pot.* (147)

(148) Hæc solet fieri ab ipso Moguntino. (148)

(149) Hæc fit à proposito vel Decano Moguntino. (149)

(150) Quæ omnia ex recitationibus electionum discenda. (150)

CONCLVSIO XXVII.

V. Est Imperii commissio (151) quod ius posterius, quo gaudet collegiũ electorale (152) priori potius, sublimius (153) & liberius (154) Priusquam enim planè Imperator recipiatur, solet ei cõmitti reipublicæ regimen, & Imperium nostrum absolutè, restrictè, certo modo & forma addita. Qui actus est (155) seu tractatus Electorum cum electo Imperatore de forma futuri Imperii, quo id sub certis pactionibus (156) committitur (157) atque suscipitu (158) præstita cautione (151) (152) (153) (154) (155) (156) (157) (158)

 iura-

(159) iuratoriâ (159) ad hoc vt electus vniuerso Imperio obligetur. (160)
(160)

(151) (151) Hanc referimus ad ea, quæ in ipsa Electione fiunt. Cohæret siquidem electioni & cum ea complicatur. In ipsa quippe electione simul perfici solet. Sed illud magis designatione personæ defungitur. Hoc leges personæ præscribit, secundum quas administratio instituenda & dirigenda. Pendet itaque ex hoc iure vniuersa regia maiestas, & regia iura non quidem vt planè subordinentur vt cum *Fernando Vasquio Philippus Hanonius disp. 9. Polit. Thesi 6.* falsò opinatur, sed ad constringendam personam, nihil vt in Ecclesiam Christianam, reipublicæ salutem, libertatem, ac priuilegia ordinũ Imperator committere posset: vtque homines nostri intelligerent, se non hominis cuiusdam acerbioris, sed in patris, eiusque perbenigni potestatem peruenire, veluti eleganter & pulchrè loquitur *Iulius Pflug. in orat. de ord. germ.*

(152) (152) Huius collegij partes sunt non tantùm electionis negotium moderari & absoluere, sed etiam ipsummet Electum ex formula præscripta, quam capitulationem dicimus, Imperio obligare vniuerso *Pet. Heigius l. 1. q. 4. n. 50.*

(153) (153) Vt vel inde Electores rectè Regibus comparentur *Pet. Heig. d. q. 4. n 51.* confer. quæ diximus *supra m. q.*

(154) (154) Nullis quidem legibus circumscriptum apparet, nec tamen infinitum est: sed fine reipublicæ nostræ vtilitate nimirum libertate & dignitate eiusdem ordinumque cæterorum Imperij dimetiendum est.

(155) (155) Vocatur capitulatio, quæ nihil aliud est, nisi lex germanorum regia, vel lex regni aut lex imperij, qua populi germanici summum Imperium (vel vt *Arcad. I. C.* loquitur) qua regimenta populi in Imperatorem designatum transferuntur certis conditionibus: quam à variis capitulis dexerunt capitulationem *Frid. Hortlèd. in comment. ad l. reg.*

(156) (156) Certè non fuit vnquam principis Romani immensa & infinita potestas, tametsi lege regia concessum esset ei & in eum omne populi Imperium. Quod inter alia ostendit insignis *Plinij* dicentis locus: Hæc pro æternitate Imperij & pro salute ciuium imò pro salute principum ac propter illos pro æternitate Imperij, vota, in quæ sint verba suscepta, operæ pretium est annotare: SI BENE REMBVBLICAM ET EX VTILITATE OMNIVM REXERIS: digna vota, quæ semper suscipiantur, semperque soluantur. Egit cum Dijs, ipso

fo te authore, Cæsar, respublica, vt te sospitem incolumemque præstarent, SI TV CÆTEROS PRÆSTITISSES. Si contra, illi quoque à custodia tui corporis oculos dimouerent, teque relinquerent votis, quæ non palàm suscipiuntur. Et iterum: nam cum ita, Cæsar, excipias, vt ita demum te Dij seruent, SI BENE REMPVBLICAM ET EX VTILITATE OMNIVM REXERIS, certus es, te benè rempublicam regere cum seruent. Et denuò: quo maiori fiducia iisdem illis votis, quæ ipse pro se nuncupari iubet oro & obtestor, SI BENE REMPVBLICAM SI EX VTILITATE OMNIVM REGIT, primùm vt illum nepotibus nostris ac pronepotibus seruet, &c. *hac ille*. De antiquissimis quoque Germanorum regibus sic scribit *sua in Germania Corn. Tacit.* nec regibus eorum infinita ac libera potestas antiquiorum capitulationum mentionem facit *Henr. Goldast. tom. 3. constit. Imp.* Natam esse capitulationem nostram sub turbulentissimo Henrici IV. Imp. Imperio conijcit *Frid. Hortled. in dec. except. ex Sleid. sect. 7.* Deinde tractu temporis magis, magisque auctam, increscente præsertim sub Carolo IV. Imperatore dignitate electoria: quoad in eam, quæ hodie in vsu est, amplitudinem excreuerit. Sed hac in re dubium mouet prædicta antiquiorum capitulationũ *apud Goldast. d. l.* mẽtio. Conditiones modernæ capitulationis breuiter hic enumeranda: sunt autem sequentes. I. Vt religionem Catholicam defendat ac conseruet II. Vt ius omnibus æquabiliter administret & paci consulat. III. Leges omnes Imperii, præcipuè verò Auream Bullam, religiosam & publicam pacem ratã habeat, IV. Iura, priuilegia, dignitatem principũ & ordinũ Imperij minimè conuellat aut imminuat. V. Electioribus conuentus agere, cũ fuerit opus, cõcedat VI. Multitudinis fœdera cõtra principes aboleat. VII. de rebus Imperij nullũ fœdus aut pactũ faciat cum externis nisi de septemuirorum assensu, VIII. facultates siue bona imperij nec distrahat nec oppignoret. IX. occupata & distracta restitui curet. X. Ipse etiã si quid detineat interpellatus restituat. XI. cũ vicinis pacẽ colat XII. pro rebus Imperij nullũ suscipiat Bellũ intra vel extra fines Imperij nisi de statuum Imperij voluntate XIII. In Germaniam nullum militem externum inducat nisi consentientibus illis. XIV. nullum conuẽtum indicet nisi de assensu Electorum, nec conuentus agat extra fines Imperij. XV. Negotijs publicis præficiat Germanos. XVI. Conficiantur literæ omnes latino & Germanico sermone. XVII. Leges non condat emendetuè nisi cum assensu Electorũ ordinumque. XVIII. Ne fraus libertati imperij fiat. XIX. Monopolia marcatorum coërceat. XX. nullum vectigal nec portorium de nouo im-

imponat. XXI. nec quæ ad Rhenum sunt, diminuat. XXII. Si quam actionem habeat in ordinem aliquem, legibus experiatur XXIII. Vim nullam ad hibeat ijs, qui se legitimæ cognitioni sistunt XXIV. neminem in dicta causa proscribat XXV. Imperij bona vacantia nemini conferat, sed ad publicum bonum referat. XXVI. Si quam alienā prouinciam auxiliis ordinum acquiret, imperio coniungat. XXVII. Si publicum quid suis copijs atque Marte recuperabit, reipublicæ restituat. XXVIII. Quod interregni tempore Palatinus & Saxo publicè egerint ratum habeat. XXIX. Imperium sese non ex successione sed Electione habere statuat. XXX. In Germania sedem habeat. XXXI. Coronam in Germania suscipiat. XXXII. Legatos Germanorum citò audiat. XXXIII. Cognitiones de vectigalibus coram solo Cæsare nō autem camera peragantur. XXXIV. Ne literis commendatiis Electorum vectigalia fiant deteriora, prouideat. XXXV. Actiones de regalibus & immunitatibus institutas permittat. XXXVI. Contributiones imperii non in priuatum sed bonum publicū conuertat. XXXVII. Leges monetarias figat. XXXVIII. Nemini deinceps absque consensu Electorum ius monetæ cudendæ concedat, sed ciuitatibus mediatè Imperio subiectis adimat. Vide *capitulationes Imperatori Carolo V. præscriptas apud Ioan. Sleid. l. 1. de S. R. Henr. Gold. tom. 2 constit. Imp. p. 141. Item capitulationes Rudolpho II. præscriptas apud eandem p. 12. c. in polit. Imper.* Et consimiliter nec hodie est in toto orbe Christiano vllus Rex vel summus princeps, cuius maiestatem non comprimat & circumcidat vel ius iurandum vel inita cum regni ordinibus certa pactio. Blandiatur regi suo Galliarum *Io. Bodin. l. 2. de Rep. c. 1.* licet. Cui accerrimè obloquuntur cæteri Galli. *Franc. Hotom. in Francogal. ca. 15.* Regis autem Gallorum, *ait*, in tantùm certis limitibus circumscripta est potentia vt nulla regia lex, nulla constitutio, nullum pactum ratum sit nisi cuius Parlamenti Parisiensis consiliarij auctores comprobatoresque existant. Vnde cùm Ludouicus XI. Galliarum Rex cū Carolo Burgundiæ Duce pacem fecisset, petiit à Carolo vt eius voluntate sibi descidere liceret (verba sunt *Philip. Comin. l. 3. de reb. gest. Ludouici XI.*) quo in senatu Lutetię curet pactiones recitari, sic enim fert Gallię consuetudo, & alioquin non sint ratæ futuræ, nisi Regum potestas in iis rebus omnibus singularis & eximia sit &c. Et Franciscus I. bellum illaturus Carolo V. Imp. in Parlamentum venit, & per Aduocatum suū expositis, quas ab illo sibi factas dicebat, iniuriis, demonstrabat, bellū sibi necessariò suscipiendum esse &c. *Ioann. Sleidan. in illustrat. rer. & Gall. descript. post comin. histor.* quod non Rex ex arbitrio, sed Parlamenti

menti decreto suscipere debet, estque Parlamenti ea auctoritas, vt Rex decretis eiusdem acquiescere cogatur, inque controuersiis non rarò causâ cadat, neque suis aduersariis, quibuscum litigat, præiudicare possit. ait *Io Sleidan. de Republ. Gallor. l. 1.* Vt rectè dixerint *Claud. Seisell. de Republ. Gallor. & eius offic. l. 1. & Sleidan. d. l. 1. de Repub. Gallor.* non quodlibet, sed quod iuri & æquitati consentaneum est Regi Galliarum licere, à quo si deflectere incipiat, etiam cuiuis Episcopo vel Ecclesiastici ordinis homini, qui vitę sit inculpatæ, reprehendere illum & palā admonere sui officii concessum est, absque vllius metu periculi: quandoquidem ei verendum est, ne si quid grauius in illū statuat, populi voluntatē alienet, cuiusmodi libertas nulla est in alio regno. Sed hac de re, *in discursu peculiari qui tractabit an status Imperij nostri Romano-Germanici sit monarchicus an aristocraticus, an verò mixtus esse monarchico, & aristocratico.* Coniungantur *Matago de Metagonis Steph. Iunius Brut. Petr. Heigius And. Knich. Io. Althusius Auctorq; libelli è Gallicâ in vernaculam nostram translati* Wach früh auff dem Frantzosen vnd anderen benachbarten. Sic quoque Hispaniarum Rex, etsi potentissimus sit, & maximæ apud suos auctoritatis; tributum tamen non nisi ordinum consensu imperat, *Ioan. Bodin. l. 6. de rep. Parlador. c. 2. l. 1. rer. quo. id. c. 3. n. 13.* nobilitas etiam in Hispania cum non nisi ex conuentione priuilegiis suis firmata pro prouinciarum suarum defensione Regibus militet, rarò Pyrenæum transcendit *Iac. Aug. Thuan. l. 49 histor.* Sic Rex Angliæ constrictam habet potestatem. Angliæ consuetudo fert, ait, *Philip. Comin. l. 5. comment. de reb. gest. Ludouici XI.* vt extra ordinē subsidium nullū dent regibus, nisi cum belli gerēdi causa vel in Galliam traiiciunt, vel in Scotiam proficiscuntur. Scotiæ quoque regibus nihil, quod totius regni statum attinet inconsultis ordinibus permittitur. *Iun. Brut. de iure maiest. in subdit. rep. 6. q. n. 7.* Sicut exemplo Roberti II. Regis Scotorum *Buchan. l. 9. rer. Scotic.* ostendit: nam cum Rex induciis in spem pacis inter Francos & Anglos creatur⁹ esset, ea lege, vt vtriusq; partis amici adscriberentur, Anglorum videlicet Lusitani, Francorum Scoti & Hispani Castellanenses: Robertus Rex omnibus suis repugnantibus vnus frustrà assentiebatur: nec enim ipse pacem vel inducias facere poterat nisi ex sentētia publici cōuentus, neque firmas polliceri sine publico decreto. Et sanè non vana ratio suasit, Imperatorum & Regum loris & frenis quibusdam constringere potentiam, nam cùm nemo facilè tanta prędítus sapientia sit, vt possit in summâ omnium rerum potestate modum tenere, vt dicit Otanes apud *Herodotum l. 3.* & principi id demum licere debeat, quod honestum est, vt Antigonus

Rex

Rex Macedonum dicenti omnia Regibus licere, respondit: honestum verò id sit, dicique possit se ipsos, non sua, sed publica vota moueant, & subditorum, non sua, respiciant commoda: certè illorum moneri eos frequenter necesse est: id autem quod faciant in aulis principum raro inueniuntur, aulici quippe, vt Pius Pontifex ad Ducem Ferrariæ scripsit inter Laudum & Placentiam non autem Veronam versus ambulare solent *Petrus de Gregor. in proœm. numer. 10. de concess. feud.* ipseque adeo princeps à cunabulis nihil, quàm assentationes audiat, & vt ait. *Alex. L. 1. de rep. Christ.* suapte natura turgidus homo sit, & ad omnem arrogantiam propensior, neminem qui dehortetur, neminem qui dissuadeat, quin omnes ad hanc perniciem inuitent, inuenire fas sit, vt iuxta Carneadem regum & principum filij nihil rectè discant præter equitare, quod his omnes adulentur, solus aquus non curans, Regem gerat an priuatum, tergo excutit, quod ille equitandi fuerit Imperitus *Plut. de discrim. adulat. & amic.* Omninò eosdem capitulationibus constringere oportuit, quæ vt scriptę sine rubore de illis omnibus quę & subditi volūt, & honesti ratio ab illis exposcit, liberè monere possunt. Cui accedit & id, vt intelligamus cum *Stephano Iun. Georg. Obrecht. atque Henning. Arnis.* Imperatorem minorem esse imperio, vt Episcopum capitulo, actorem vniuersitate, vasallum Domino, atque adeo quemlibet hodie regem ei, cui iurat, regno.

(157) (157) Siue mandatur. Et enim vel pertinet hæc conuentio ad contractum mandati *Losæus p. 3. c. vlt. de iur. vniuers.* Ex quius natura multa hic decidi possunt videatur *Ioan. Althus in Polit. c. 19. n. 7. in fin.* Solent autem precibus Electores contendere, vt velit Electus suscipere imperium.

(158) (158) Suscipitur Imperium assensu Electi, quem confirmare habet statim Electionis tempore siue præsens siue absens per legatos, *protocollum Electionis Caroli V. p. 1. tit. 49. apud Goldast.* Politische Reichshendel.

(159) (159) Antiquo scilicet more & iam inde vsque à Carolo Magno ad nos deducto cum inauguratur Imperator præeunte conceptis verbis (his aut, similibus Solches vnd jedes besonder wie obstehet / haben Wir obbemelter Römischer König den gedachten Churfürsten geredet/ versprochen vñ zugesaget bey Unsern Königlichen Ehren/ Würden vnd Wortten jhme dasselbige auch hiemit vnd in krafft dieses brieffs/ rc.) Coloniensi bis (de posteriori iuramento *infra*) fidelitatem Imperio iurat. Attendente sane Deo cui enim magis, inquit *Plinius*, quæ Cæsari attēdat, nō ignaro, nemini religiosius, quod iurauerit, custodiendum, quam cuius maximè interest,

interest, non peierare: & cum iurârit, tùm demum promittitur ei fides & obsequium à populo. Imperator quoque populo purè, populus Imperatori sub conditione obligatur: si præstet fidem iuratò datam. Appellatur hoc iuramẽtum secretum electionis *Casp. Ens in summario iuris tit. circa Electionem & Coronationem Imperatoris c. 5.* Quæritur hic: *quid si postea Imperatorem neque capitulatio neque ius iurandum fidelitatis reflectat ac reprimat, quo minus Ecclesiam affligat, rempublicam laceret & euertat, libertati vim fraudemque faciat, denique in regno totius Europæ liberrimo tyrrannidem exerceat?* Quidam pecularibus hac de re libellis conscriptis, vti sunt *princeps quidam Anomim. & Basil. Moner.* Præterea *Conrad. Lacol. Franc. Zoanetta Alberic. Gentilis Georg. Obrecht. Ioan. Caluin. IC. Stephanus Iun. Ioan. Althus Cyriacus Spangenb. Auctor* Des froschmeuslers/Auctor des wacht frühe auff den Frantzosen vnd anderen benachtbarten. Et alij plurimi volunt, tum Electorũ imprimis & cæterorum esse imperij ordinum videre omnibus modis etiã manu (si leniora omnia nihil proficiãt) ipsâ, ne quid imperiũ detrimẽti capiat. Quorum definitionem corroborat mirificè *Lamb. Schaffnab. Author comprimis bonus.* Apud quem Archiepiscopi, Episcopi & plerique omnes præsules, Duces & Comites Saxoniæ per legatos ad Imperatorem Henricum IV. Sacramento se ei fidem dedisse *inquiunt.* Sed si ad ædificationem non ad destructionem Ecclesiæ Dei Rex esse vellet: si iustè, si legitimè: si more maiorum rebus moderaretur si suum cuique ordinem, suam dignitatem suas leges tutas inuiolatasque manere pateretur: sin ista prior ipse temerasset, se iam sacramenti huius religione non teneri, sed quasi cum Barbaro hoste Christani nominis oppressore iustum deinceps bellum gesturos, & quoad vltima vitalis caloris scintilla superesset, pro Ecclesia Dei, pro fide Christiana, pro libertate etiam suâ dimicaturos. Eiusdemque notæ sunt apud *Brunonem Saxonem* ad eundem Henricum quartum verba Ottonis Ducis Baioariæ. Nos quæstionem hanc cum altioris sit indaginis hic nõ decidimus sed in aliud tempus differimus.

(160) Hic finis est commissionis, sicut electionis est subditos obligare Imperatori *supra membr. 3.* Quæritur hic: *an prædicta pactio cum consensu statuum pro vtilitate Reipublicæ mutari & in totum tolli possit?* Prius affirmamus posterius negamus. Illius affirmatiua patet ex eo, quod sæpius capitulationibus capita quædam adiecta, quædam interdum detracta sint: quòd etiam innuit, *Georg. Sigism. Seldus Vicecancellarius Imperatoris.* In seinem bedencken an Keiser Ferdinandt vonn der Wahl deß Keysers: es haben *inquit ille* (160)

 etliche

etliche stende auff dem tage zu Franckfurt vmb ein enderung der obligation so ewwere Maiestät den Churfürsten gegeben/ angesucht. Huius negatiua firmatur *arg. lib. nemo potest ff. de leg. 1. l. si quis ff. de leg. 3. lib. ita §. 7. ff. de adminis. & per tut. lib. 38 & 42 ff. de pactis lib. Neracius 10. ff. de relig. & sumpt. funer.* vt non temerè dicat *Baldus in cap. licet extra de Elect.* neque Pontificem neque Imperatorem cum Electoribus posse mutare formam pro statu Imperij generaliter constitutam *in cap. venerabilem numer. 4. extra de Elect.* & notant *Nicol. Euerh. Junior cons. 1. numer. 27. lib. 1. Andr. Alciatus cons. 132. numer. 3. lib. 5. Vdalr. Zasius cons. 10. numer. 6. & 26. l. 2. Barthol. Bertazz. cons. crimin. 420. num. 15. & seqq. Nicol. Rucker. cons. 14. numer. 2. 3. & 20. inter consilia Claudij Cantiunc. Florent. a Venningen. cons. 16. & 31. & seqq. Ioach. Mynsin. cap. 24. numer. 19. Nicol. Reisner. cons. 11. nume. 20. lib. 1. Herm. Kirchner disp. 4. de rep.* Sic enim iuramentum habet: Bey Vnseren Königlichen ehren, würden vnnd wortten / in nahmen der warheit zugesagt/ thun dasselbig auch hiemit vnd in krafft dieses brieffs in massen wir das dettlichen eidt zu Gott vnd dem Heiligen Euangelio geschworen.

CONCLVSIO XXVIII.

Articul. 3. membr. 5. De ijs, quæ Electionem sequuntur.

Huc referimus duo: officia Electorum & inaugurationem seu coronationem. Quod prius spectat, officia Electorum expediuntur vel immediatè ab ipsis Electoribus,
(161) vel mediatè per suos vicarios seu subofficiarios (161) Officium Electorum spectatur hic in ministrando Imperatori, quod in celebratione solemnis curiæ Imperialis exercetur: Wan ein Römischer Keiser in seiner Mäiestet zu Tisch sitzet vnd offentlichen hoff begehet: Vbi Electores Ecclesiastici mensam consecrant
(162) crant (162) & sigillum Imperatoris tenent: (163) Marchio
(163) verò Brandeburgensis aquam (164) & Rex Bohemiæ pri-
(164) mum Imperatori potum (165) & Comes Palatinus cibum
(165) (166) porrigere debet. Dux verò Saxoniæ Mareschalli offi-
(166) cium exercere tenetur. (167) quo peracto ipsimet quoque
(167) Electores ad suam quisque mensam considet, & regio quo-
(168) que prandio excipiuntur. (168)

CON-

(161) De eo, quis vices gerat si Electorum aliquis sit absens *supra diximus*. (161)

(162) De Ecclesiasticorum officijs habemus *caput. 23. A.B. per totum & §.2.c.27.* (162)

(163) Capite 26. A.B. & c.27.§.2. (163)

(164) d.c.27. A.B.§.3. (164)

(165) d.c.27. A.B.§.5. (165)

(166) d.c.27.§.4. (166)

(167) d.c.27 §.1. (167)

(168) cap.28. A.B. Si tamen Electorum aliquem abesse contingat legatus ipsius ad mensam absentis nō admittitur *c. 28.§.6. A.B.* Et ideo cū Rex Bohemiæ in coronatione Caroli V. non adesset, & legatū misisset mensa eiusdem vacua edulio mansit. *Hartm. Maurus de coronat. Caroli V. Rubr. quo apparatu*, & in coronatione Matthiæ nihil ferculorū in eam, quæ Electori Brandeburgico absenti strata erat, appositum fuit, vt ipsimet obseruauimus. (168)

Conclvsio XXIX.

Hactenus de priori articuli tertij membri quinti: sequitur posterius Coronatio seu inauguratio: (169) quæ nihil aliud est, quam congeries actuum solemnium, quibus Electio & commissio Imperij quasi renouatur ad auctoritatem (170) Electo stabiliendam, & personam eius omnibus & singulis notam faciendam. (171) Quare negotium esse religionis (172) Atque adeò ordinis (173) minime dubitangum (174) (169) (170) (171) (172) (173) (174)

(169) Modus hic inaugurandi antiquissimus & in populo Dei frequenter admodum vsitatus fuit olim. Sic Moyses Iosuam filium Nun coram Eleazaro sacerdote statuit *Num. 27. v. 22.* Sic Samuel Saulem, *1. Samuel. 10. v. 24.* Sic Sador Sacerdos Salomonem vnxit *1. Reg. 1. v. 39.* videatur *Ioan. Althus. cap 19. publ. numer. 93.* Consuetudo Romanis cum quibusdam gentium Germanicarum erat communis, principem electum impositum scuto militum humeris extollere in altum *Marquardus Freberus ad lib. 2. Petr. de Andlo cap. 6. fol. 179. & seqq.* Quo ritu solemnitateque coronati olim fuerint Reges Persarum à *Plutarcho* commemoratur, *in Artaxerxe.* Inaugu- (169)

 ratio-

rationem Regum Galliarum eleganter describit, *Ioan. Sleid. lib. 19. de S. R. circ. med. Tilles au recueil des Rois fol. 259. & in annotat. fol. 119. Claude Fauchet de origin. des dignitez cap. 3.* Oleum ibi interuenit sanctum, quod cum Clodouæus baptizaretur de cælo missum & adhuc hodie Rhemis religiosè custodiri dicunt, *Girard. lib. 1. fol. 56.* Vnde Archiepiscopi Rhemenses non alibi vngi consecrarique posse Reges contendunt *Girard. lib. 6. fol. 624.* Imò & Turcarum Sultani cæremoniâ rituque singulari in regiam sedem, quam Tachtum appellant, collocantur. *Leunclai. in histor. Musulman. l. 5. fol. 218.*

(170) (170) Quomodo auctoritas per coronationem Regi concilietur pulchre differit, *Io. Althus. c. 19. n. 97 in Polit.*

(171) (171) Populo autem nota fit, dum magnificè inthronisatur vt loquitur *Petr. de Andlo lib. 2. cap. 6.* Hi fines coronationis magis honoris & celebritatis quam necessitatis causa introducti ad populi Iudaici incitationem, *Petrus de Andlo lib. 2. de Imp. Rom. cap. 6.* Videantur *Nicol. Cusp. in. lib. 3. p. 3. de concord. Cathol. Balb. cap. 20. de coronat.* Nihil itaque noui præter Electionem quæsitum accedit hic Imperatori, *Mat. Steph. de iurisd. lib. 2. p. 1. cap. 1. numer. 120. & seqq. Tob. Paurmeist. lib. 2. de iurisd. R. I. cap. 4. numer. 5.* Sic verum ac legitimum coniugium putatur etiamsi solemnia nuptiarum nondum sint celebrata.

(172) (172) Ita docet *Carol. Paschal. l. 10. c. 7. de coronis.*

(173) (173) *gl. in cap. quoniam dist. 110.* Hinc ad personas Ecclesiasticas principaliter spectat, & ad summum quemque regni sacerdotem. Sic Gallum Rhemensis: *Aymon in Hist. Franc. lib. 5. cap. 36. 39. & 49.* Hispanum Toletanus *Renan. Choppin. de doman. Franc. lib. 3. cap. 8. numer. 3.* Neapolitanum Neapolitanus, *Camillus Borel. de præst. regis Cathol. cap. 49. num. 27.* Siculum Panormitanus *Camillus Borel. d. numer. 27.* Anglum Cantuariensis. *Franc. Modius l. 4. pandect. triumph. cap. 10.* Polonum Gnosnensis. *Iac. Aug. Thuan. l. 56. hist. p. 567. & seqq.* Hungarum Strigonensis *Franc. Modius d. lib. 4. cap. 13.* Bohemum Pragensis *sup.* Danum Lundensis *Goldast. in replic. pro Imper. cont. Gretserum cap. 36.* Suecum Lipsolensis *Goldast. d. loco* Archiepiscopi vngere & coronare solent.

CONCLVSIO XXX.

Estque coronatio triplex Germanica, Lombardica, &
(174) Romana: (174) circa Germanicam sunt notanda duo. I. a quo, II. quibus actibus perficiatur.

(174)

(174) Cur triplici Imperator corona insigniatur diuersi diuersam assignant rationem. Quidam allegoricè hanc triplicem coronationem enodant; Imperatorem *aiunt*, primum argentea coronari, vt intelligat se oportere esse purum, nullaque macula conspersum, exinde veteres vocarunt argentum purũ patumque: deinde ferrea, qua designatur tãtum viriũ ei inesse debere, vt in Longobardia hostes deuincat, totamq; Italiam ex infestissimorum tyrannorum manibus eripiat *l. in nomine dom. C. de offic praef. praet. Africa.* Postremò Romae aurea insigniri, quia sicuti aurum perfectissimum est ac pretiosissimum metallorum: ita Imperator in vrbe Roma, quae est Imperij caput, supremum assequitur perfectionis gradum & excellentiam super omnes Reges *l. 1. C. de offic. praef. Ioan. Schacsduin. in prooem. Instit. cum ibi allegat. Hieron. Balb. Episcop. de coronat.* ad exemplum supremi caeli terraeque Monarchae his tribus coronis Imperatorem nostrum ornari autumat: argentea vt *Zachar. 5.* sumes, *inquit*, argentum, & pones in capite Iesu: ferrea vt *in lib. Reg.* sub imagine Ecclesiae, quae ferream sibi fabricauit coronam: aurea vt *in Apol.* vidi, *inquit*, super nubem filium hominis habentem in capite suo coronam auream *Barthol. Chassan. in Cathal. gloria mundi p. 1. consid. 25.* Aliud hic nec illepidum agitatur commentum, Imperatorem scilicet triplici corona insigniri, ideo quod sit totius mundi Dominus, qui in tres plagas mundi dispertitur. Dominatur enim Asiae, *lib. fin. C. de tempor. appellat.* Africae *l. 1. de offic. praef. praet. Af.* Europae *l. 2. C. de appellat. Fran. Zoanettus in tract. de Rom. Imp. n. 248. Ioan. Schneid. de feud. p. 3. n. 67.* (174)

CONCLVSIO XXXI.

Coronatio Germanica Aquisgrani (175) expedienda Electori Coloniensi (176) tanquam Archiepiscopo (177) competit, cooperantibus Moguntino ac Treuirensi. (175) (176) (177)

(175) *cap. 28. §. inuenimus 5. A. B.* ob memoriam iussumque Caroli Magni, de quo *Gunther. in Ligur. lit.* (175)

Hoc sibi prima loco veluti cunabula regni
Carolus esse volens, magna cum Francia Regi
Vtraq; seruiret, primam gestare coronam
Iussit, & in sacra Reges ibi sede locari.

Vide *Marq. Freher. ad Pet. de Andlo l. 1 c. 12. v. Electorum.* Quamuis hic locus non tam strictè semper obseruatus fuerit. Imò *Hartm. Maurus in coronat. Carols V.* scribit, licere veteri priuilegio Archiepiscopo Coloniensi quocumque loco suae prouinciae suo arbitratu coronationi

 locum

locum præfinire. Quin & extra ipsius Diœcesin Ratisbonæ, Francofurdiæ coronationes peractas obseruantia testatur ob causas quas adducit *Adam Heiden. in descript. coronat. Maximiliani II.*

(176) (176) Olim hoc coronationis seu inaugurationis ius Moguntino competijsse anteriora reuoluentibus tempora & historiarum studiosis non semel occurret. Sic cum Otto primus Henrici I. filius Aquisgrani coronandus esset, quæstio Pontificum, loquor verbis *VVittichind. l. 2. de reb. gest. Saxon in princ.* de consecrando Rege Treuirensis ac coloniæ Agrippinæ orta est, illius quia antiquior sedes esset, & tanquam à B. Petro Apostolo fundata; istius verò quia eius ad Diœcesin pertineret locus, & ob id sibi conuenire arbitrati sunt huius consecrationis honorem. Cessit tamen vterque eorum Hildeberti scilicet Archiepiscopi Moguntini cunctis notæ almitati. Addatur *Otto Frising. l. 8. cap. 19. Gotifred. Viterb. in chron. p. 12. in Ottone I.* Et idem postea obseruatum fuit in coronatione Ottonis II. qui à Wilhelmo *Onuph. Panuin. l. 3. Rom. Princip. in princ in Ottone II. Cyriac. Spangenb. in chronic. Mansfeld. cap. 140. & 146.* Ottonis III. qui à willigiso *Thrith. in chronic. anno 983.* Alter *Lambertus Schaffnab. anno 984.* Henrici II. qui ab eodem *Cuspinianus in eius vita Sigibertus Gemblas in chronic. anno 1200. Carolus Sigon. l. 8. de reg. Ital. p. 187.* Conradi II. qui ab Arabone *Auentin. l. 5. annalium Bo. fol. 416. Herm. Contract. in Chron. anno 1024. Ioann. Naucl. generat 35. in princ.* omnibus Archiepiscopis Moguntinis coronati fuerunt. Et ita successiue ad Conradum vsque II. ad primatum sedis Moguntinæ consecratio regis pertinuerat: postmodùm Henricus III. per Pelegrinum Archiepiscopum Coloniensem coronatus est *Alb. Krātz l. 3. Metropol. cap. 10. in fin. Onuphr. Panuin. d. l. 3. in Henrico nigro*, & filium Henricum IV. per Hermannum coronari fecit: tàm vt testatur *Lambertus Schaffnab. in anno 1054.* quia maior generis claritas Hermannū Coloniensem, quam Lupoldum Moguntinensem commendabat: ille enim Palatinus Rheni cognomento nobilis erat *Mersaus in Hermanno annalib. Archiep. Colon.* Hic ex Monacho Fuldensi ad Archiepiscopatum euectus fuerat *Mers. in Lupold. annal. Archiep. Mogunt.* Tùm quia consecratio Aquisgrani intra ipsius Diœcesin celebranda contigisset. Quæ ratio posterior tam efficax futuris temporibus visa fuit, vt ius coronandi penes Coloniensem immutabiliter permanserit. *Cisner. in fin. Orat de Ottone III.* Quod innuit *Gunther. l. 1. in Ligur.* de coronatione Friderici I. agens:

Imposuit capiti gestamina regia sacro
Arnoldus, quo tunc pastore Colonia diues

Gaude-

Gaudebat, quippe hunc veteris sibi iuris honorem
Vindicat ille locus.

Vindicat scilicet à tempore Henrici III. nam Imperatores insequentes hunc honorem Coloniensi reliquerunt & ita paulatim longa & vsque ad Auream Bullam continuata consuetudine id Electoribus Coloniēsibus acquisitum. Sic Henricus V. ab Hermanno *Onuph. Panuin. d. l. 3. in Henrico IV. p. 200.* Lotharius Saxo à Friderico *Rob. de Monte in append. à Chronic. Sigiberti anno 1126. Dodechinus in appendice ad Marian. Scot. anno 1125.* Fridericus I. ab Arnoldo *Otto Fris. l. 2. de gest. Friderici cap. 3. Radeuicus de reb. gest. Friderici I. l. 1. c. 3. Gunther. in Ligur. l. 6.* in persona Friderici:

———Pastori prima recentis
Agrippina tuo conceditur vnctio regis.

Henricus VI. à Philippo *Thrith. in Chronic. Hirsaug. anno 1189. Carol. Sigon. l. 14. de reg: Ital. p. 324. Crus. p. 2. l. 12. cap. 1.* Philippus ab Adolph. *Alb. Krantz. l. 7. in Saxon. c. 23. Sebast. Munst. l. 3. Cosmog. c. 19.* Otto IV. ab eodem *Otto de S. Blasio in appendice ad Otton. Frising. l. 7. hist. c. 36. Ioann. Naucl. gener. 40 fol 897.* Rudolphus I. à Sigfrido. *Onuph. Panuin. d. l. 3. in Rudolpho I. p. 214.* Adolphus ab eodem *Crus. p. 3 l. 3. c. 11.* Albertus à Wichboldo *Crus. d. p. 3. l. 3. c. 14. Trithem. in Chron. Hirsaug. anno 1298.* Henricus VII. ab Henrico *Conradus Vicerius de reb. gest. Henrici VII. anno 1308. in paralip. ad Abbatem Vrsperg. Hulder. Mutius l. 23. chronic.* & Carolus IV. viuo Ludouico Waldemaro *Henric. Rebdorff. in anno 1346. Naucl. gener. 45. p. 1006.* & eo mortuo à Gerlaco *Henric. Rebdorff. anno 1348.* omnibus Archiepiscopis Coloniensibus vncti fuerunt; donec per *Auream Bullam c. 4. §. 3.* idem Carolus IV. hoc ius Coloniensi confirmauit, quod & ad nostra vsque tempora continuatum fuit. Siquidem Wenceslaum Caroli IV. filium Fridericus *Dubrau. l. 21. hist. Bohem. Alb. Krantz. l. 10. in Saxon. c. 3.* Rupertum idem *Hulder. Mutius l. 25. Chron p. 265. Paul. Langius in chronic. Citizensib. anno 1400.* Sigismundum *Onuph. Panuin l. 3. Rom princip. in Sigismundo.* Albertum II. *Albert. Krantz. l. 11. in Saxon. c. 29.* Fridericum Tertium Theodoricus *Trithem. in chronic. Spanheim. anno 1442. Cyriac. Spangenb. in chronic. Mansf. c. 324. in fin.* Maximilianum I. Henricus *Thrithem. d. l. anno 1496. Alb. Krantz. l. 13. in Saxon. c. 1.* Carolum V. Hermannus, *Sleid. l. 2. hist. Hartm. Maurus de coronat. eiusd.* Ferdinandum I. Henricus *Onuphr. Panuin. d. l. 3. in Ferdinando* omnes Archiepiscopi Colonienses consecrarunt.

(177) Non tantùm Electo sed & consecrato & infulis vel pallio decorato (177)

corato. Siquidem ea quę ſunt ordinis, vt ſunt conſecratio & vnctio nō poſſunt Archiepiſcopi exercere *c. pallium diſt. 110.* niſi pallium conſecuti *Firm. Bertach. in tract. de Epiſc. c. finali tit. 13. Pet. Greg. Tholoſ. l. 11. Sintagmat. iur. vniu. c. 11.* Quo cum tempore Conradi Tertij. *Otto Friſing. l. 7. hiſt. c. 22. Carolus Sigon. l. 11. de reg. Ital. in Conrado anno 1138.* Maximiliani Secundi anno 1562. *Michael. Beuther. in continuat. Sleidan. l. 28. Simon Schard. l. 3. hiſtoric. germ. f. 2066. & ſeq.* Rudolphi II. anno 1575. *Nic. Serrar. l. 5. rerum Mogunt. c. 15.* Matthiæ ante paucos annos Archiepiſcopi Colonienſes caruerint: Moguntini Archiepiſcopi coronationes cooperantibus Archiepiſcopis Treuirenſi & Colonienſi peregerunt. Vt ſatis imperite locum coronationis in cauſa fuiſſe his in caſibus ſcribat *Domin. Arum. diſcurſ. 3. ſuper A. B. concl. 17. in fin.*

CONCLVSIO XXXII.

(178) Actus quibus coronatio hæc vel inauguratio perficitur
(179) ſunt vel eſſentiales vel accidentales, vel quodam inter v-
(180) troſque medio. Eſſentiales ſunt tres I. eſt vnctio (178) II. in-
(181) ſignium traditio. (179) Quorum ſunt quinque 1. diadema,
(182) (180) 2. gladius (181) 3. ſceptrum (182) 4. pomum aureum
(183) (183) 5. amictus (184) III. eſt iuramenti depoſitio. (185)
(184)
(185)

(178) (178) Inter vnctionem & conſecrationem quæ ſit differentia vide *Henning. Goden. c. 7 in princ. de elect.* illa fit oleo, quod ſacrum & ſanctiſſimum dicitur; hæc vero Chriſmate. De varijs cæremonijs non ſpectat hic explicare, cum in omnium iam manibus ſint hiſtoriæ coronationum.

(179) (179) Quæ & regalia Königliche zier appellantur. Alia veteribus Romanis Imperatoribus vſitata *Onuph. Panuin. c. 2. de comit. Imper.* alia Francicis regibus *idem c. 8.* Alia noſtris, vt numeris ſequentibus dicemus. Et horum traditione in poſſeſſionem quaſi regni mittitur.

(180) (180) Diadema, à διαδέω, quod eſt circumligo: erat faſcia candida, quæ capiti Regis vel Reginæ circumligabatur *Iuſtin. l. 15.* Hic pro corona tiara ſumitur quæ à Iuſtiniano *in l. vltima C. de quadrienn. praſcript.* & à Carolo IV. *in princ. A. B.* infula indigitatur. Germani peculiari voce regnum nominant *Marq. Freher. ad Petr. de Andlo l. 2 c. 6. n. Imperiale.* Cuius formam accurate depinxit *Carolus Paſchal. l. 9. de coron. c. 18. An autem corona illa ſit aurea?* dubitatur à multis: ſunt qui ferream *Onuph. Panuin. de comit. Imper. p. 408. & ſeq. Cyriac. Spangenb. in ſpec. nobilit. l. 10. c. 2. Barthol. Chaſſan. in catalog. gloria mundi p. 5. conſid.* 27.

27. *Georg. Schonborner l. 5. Polit. cap. 9. Ioan. Sleid. ad proœm. instit. num. 6. Bero. consf. 1. num. 3. & seqq. lib. 1.* Qui Germaniæ coronam olim argenteam fuisse nunc vero ferream esse existimat. Sunt qui argenteam *Luitprand de gest. Saxon. p. 1733. Carol. Sigon. lib. 7. de reg. Gall. in Ottone I.* qui, *ait*, se in omnibus commentarijs inuenisse coronam Germanicam argenteam fuisse *Paul. Iouius l. 27. histor.* & alij. Attamen hi omnes infinitum crassum & in excusabilem errant errorem. Siquidem corona Caroli Magni, quæ Aquisgrani imponitur non ferrea nec argentea vt vulgus falsò autumat, & quod magis pudendum (ait *Hartm. Maur.* qui & Archiepiscopi Coloniensis consiliarius est Caroli V. coronationi Aquisgranensi interfuit) passim in iuris professorum commentarijs reperitur: sed ex puro puto auro fabrefacta: sic tamen vt in ea veterum laudabilis parcitas satis eluceat. Quod idem testatur *VVitikind. lib. 2. gest. Saxon. in princ. Marquard. Feher. in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. de Rom. Imp. cap. 6. v. & habetur.* Et ita quoque rectè prædictum errorem per testimonium à propria experientia desumptum refutat *Hier. Balbus de coronat. p. 44.* quod idem & nos facere possemus, vt verum maneat illud *Plauti* comici: Quod vnus testis oculatis plus valeat, quam decem auriti.

(181) Sicuti olim præfectus prætorio Imperatori gladium præferebat (181) in signũ meri Imperij *Pet. Fab. l. 1. hemest. c. 3.* ita quoque Saxo portitor ensis (quem Caroli Magni fuisse perhibent, persico acinaci forma nõ multum absimilem) Imperatori gladium præfert: qui in coronatione Wilhelmi Imperatoris ita dixisse legitur: accipe ensem regium vt rebelles seuera correptione potenter affligas, omnesque beneuolos in tranquilla pace gubernes. Videatur *Philipp. Camer. l. 1. horar. succis. c. 76.* De hoc gladio ita scribit *Godofrid. Viterb. p. 19. in Chroni:*

Iudicij signum gladius monstrare videtur,
Quo malefactorum veritas cessare iubetur,
Vt latro frustretur, Rex tenet arma secus,
Præcipitur gladius vibratus semper haberi
Puniat vt subito, potuit quod culpa mereri
Nam si tardus erit, pax viduata perit.
Iura sibi soli Deus edere, condere parat,
Vt gladio laqueoque suo mala pressa quiescant,
Si mala non premeret principis vmbra foret.
Sic sibi regna Deus subiecit iurgia legum
Quod valet humano lucrari sanguine calum.

Munera grata Deo dat pereunte reo.
Ense quiescenti compescere non valet orbem.
Sanguinis humani torrente potest moderari
Qui regnare volet sanguine iura colet.

(182) (182) Antiquissimum apud omnes gentes ait, *Marq. Freher. ad Petr. de Andlo l. 2 c. 8.* Regiæ dignitatis signũ sceptrum. Antiquis temporibus inquit *Iust. l. 43.* reges hastas pro diademate habebant quas græci σκῆπτρα dixêre. De hoc nostro idem *Viterb. d. p. 14.*

In manibus Regum dum regia sceptra tenentur
Tunc quasi per virgam compescere cuncta videntur
Panaque præstatur qua ratione datur.
Vsibus innumeris & legibus vndique vultus
Instruit hic homines dignos prætendere cultus
Regia virga tamen, quo moderentur, habet
Plura solent homines per climata fingere iura
Cæsar sceptra tenens nouit distinguere plura
Imperat & virga iura valere sua.
Vita genus lingua varie variant regiones
Vna nequit cunctos distinguere regula mores
Vnde per imperium plurima iura manent.
Lex superest legi Rex Regi pluribus vnus
Par superest paribus, mos moribus, vsibus vsus
Imperat huius vnus cuius in orbe summus
Lex Romana locum super omnia iure meretur
Nec tamen euacuat quod in his rationis habetur
Vult magis atque minus Cæsar habere simul.

Galliæ reges sceptro suo lilium impositum habent, vel manum duobus cum pollice digitis erectis fidei signum exhibentem. Quod sceptrum cum inter cætera ornamenta regalia Carolo IV. Imperatori per Gallias eunti honoris ergo apud S. Dionisium monstraretur, diceretur que eam manum ex vnicorni sculptam esse, subiecit ipse non potuisse ex aptiori materia manum iustitiæ affingi quæ pura omnisque veneni exsors esse debeat *Claud. Fauchet in annalib. Gal. anno 1337.*

(183) (183) Pomum hoc denotare videtur vniuersale Imperatoris Imperiũ, quale quidẽ non habet, sed temporibus præteritis & præsertim inuenti huius Iustinianus Imperator obtinuit. Huic enim initium pomi seu globi huius tribuunt. Nam vt *Procopius* in Palatio Constantinopolitano erecta fuit statua Iustiniani, quæ Sphæram siue orbem, nostri malum dicunt, gestabat cum cruce infixa, vt significaretur auspicijs diuinis.

nis Dominus esse mundi *Marq. Freher.ad Petr.de Andlo l.2.c. Petr. Greg.Tolos.l.6.de rep.c.13.n.14.* quod Synechdochicè toto scilicet pro parte maiore sumpto intelligendum est. Sicut id quod apud *Lucam c.2* legitur:exijt edictum à Cęsare,vt describeretur vniuersus orbis, id est census haberetur de his omnibus, qui in orbis ijs partibus quæ Cæsari Romano parebant. Qui hodie quosdam regum aut etiam omnes audent constituere in ditione imperij pugnant pro laruis orbis tamē Romani,id est,degentium in Imperio Romano,Imperator etiamnum recteDominus dicitur *l.deprecatio 9.ff.ad leg.Rhod.de iactri.* Eiusque figuram pomum illud repræsentat:de quo sic *Godof.Viterb.d.p.19.*

Aureus ille globus pomum vel palla vocatur,
Vnde figuratum mundum gestare putatur
Quando coronatur palla gerenda datur.
Significat mundum forma perhibere rotundum
Intus habet plenum terresti pondere fundum
Quem tenet arcanum palla ferenda manu.
Hac fuit ex terris mundi collecta quaternis
Vt foret ingentj manibus gestanda superbis
Hac tulit Imperium Iulius arte suum.
Taliter hunc mundum gestat manus vna rotundum
Regius includit sic omnia climata pugnus
Taliter omne quod est regia pompa tenet.

Atque itaque in Coronatione Gulielmi Hollandiæ Comitis Imperatoris Ludouicus Palatinus dixisse legitur:accipe globum Sphæricum vt omnes terrę nationes Romano Imperio adijcias & Augustus gloriosus appellari valeas crucem super impositam globo ita explicauit *Viterb.d.p.19.*

Crux superest pomo cæli super inita dono
Suscipe corde bono Rex qua tibi mystica promo
Teque sedente throno perspice quid sit homo
Crux & palla simul pariter connexa tenentur
Hac magis illa minus per te referenda videntur
Hac ferit,hac sanat,hac perit,illa manet.
Si mundana cupis pugno concludere regna
Significata crucis tibi sint reuerenter habenda
Seruulus esto Dei qui tua sceptra regit.

Et *Gab.Rudolph.l.1.hist. Franc.cap. vlt.* significationem horam pulchrè depromit:venerabili Papæ Benedicto sedis Apostolicæ visum,est ait,insigne imperiale quod prius diuersis speciebus figuratum fuerat,

 fieri

fieri admodũ intellectuali specie, idque præcepit fabricari quasi aureũ pomum, atque circumdari per quadrum pretiosissimis quibusq; gemmis, ac desuper aureã crucem inseri. Erat autem instar huius mundanæ molis, quæ videlicet in quadam rotunditate consistere perhibetur, vt siquidem illud respiceret princeps terreni Imperij foret ei documentum, non aliter debere imperare & militare in mundo, quam vt dignus habeatur vexillo viuificæ crucis tueri, in ipso etiam diuersarum gemmarum decoramine videret Imperij culmen plurimarum speciebus virtutum exornari oportere. Hoc signum pomi crucigeri, quod olim Cęsarum proprium, hodie etiam cæteri reges gerunt. Adeo vt Anabaptistarum seditiosus regulus in ciuitate Monasteriensi pomum cum sceptro (res sane ridicula) vsurparit *Marq. Freher. d.c.6.*

(184) (184) Pallium seu Mantum est toga auro gemmisque & margaritis squalens, quæ idem nostris, quod priscis Cæsaribus paludamentum Imperatorium fibula & Bulla Aurea in pectore cõclusa *Marq. Freher. d.cã.6. verbo dat ei Mantum*: Alba Dalmatica, stola aurea, annulus. Quæ omnia Norinbergæ & Aquisgrani asseruantur *Hartm. Maur. de coron. Caroli V.* Sũt alia clinodia & reliquiæ Norinbergæ visenda quorum indicem exhibet *Gold p.6. tit.6.* Politischer Reichshendel.

(185) (185) Bis præstanda I. ad stipulationes Coloniensis statim ab initio: postea peracta coronatione alterum. Quæ cognoscẽda ex recitatione vulgari *vide supra 159.*

CONCLVSIO XXXIII.

Accidentales actus sunt pompæ in excipiendo in deducendo & reducendo nouo Imperatore (186) conuiuia publica, equitum item creatio, & si quæ similes: medio loco se habent faustæ acclamationes, elogia & præconia bonis ominibus & votis iuncta (187)

(186) (186) Fiunt per Electores principesque Imperij, ita vt quilibet suo fungatur officio qui singula cognoscere auet, is legat varias Electionũ & coronationum relationes *apud Goldast. p.1.2. & 3. in polit. Imp. item p.1.* Politische Reichshendel.

(187) (187) De varijs acclamationum formulis *Pet. Fabr. l.1. semest. c.14. Iustum Lipsium l.2. Elect. c.10. & orationes hac de re conscriptas apud Henr. Gold. p.5. in Polit. Imper.* Adde *Petr. Gregor. Tolos. l.6. de rep. c.20. Marq. Freher. ad d.c.6. Plinius in Panegir. Traian.* primus ait, ingressus Principis in vrbes latus & festus esse debet, beneficiũq; populo tunc est dandũ.

Vbi

Vbi quæritur: *an ob inaugurationem noui Imperatoris reis criminis immunitas sit concedenda*: Distinguimus inter crimina leuiora & grauiora, quæ lege Dei sunt capitalia, vt sunt blasphemiæ & execrationes in Deum & sanctos. Item latrocinia, homicidia voluntaria, raptus, adulteria, &c. In prioris generis delictis vtpote lege diuina non capitalibus impunitatem concedendam putaremus: posterioris verò generis, quæ lege Dei sunt capitalia, & quibus maximè societas humana dissoluitur, à nullo mortalium remitti posse statueremus. Quia Dei est iudicium *Psal.* 82. est, quæ abominabilis coram eo, qui impium absoluit, & iustum condemnat *Prou.* 17. *v.* 15. & malè facit, qui faciem in iudicio cognoscit *Leuit. c.* 19. *v.* 15. *Deut.* 17. *Eccl. c.* 42. *v.* 1. *Prou.* 21. *v.* 3. & 24. *v.* 23. Impunitas siquidem delicti incentiuum est delinquendi *c. est in iusta c.* 23. *q.* 4. & qui vni indulget indigno, ad prolapsionis contagium prouocat vniuersos *Amb. offic.* 1. cur enim secundum desperet effugium, qui laqueũ prioris criminis euasit. *Symmach. l.* 10. *Epist.* 44. neq; putandũ est, hæc duntaxat ad inferiores magistratus pertinere. An nõ Saul à DEO reiectus est, quod contra DEI mandatum Amalecitarum Regi Achab pepercerit 1. *Samuel.* 15. *v.* 18. & *seq.* Equidem id potest Princeps quod iure potest *l. Filius de condit. institut. c. faciat c.* 22. *q.* 2. *c. Agathosa c.* 27. *q.* 2. aufferat igitur malum è medio populi *Leuit. c.* 29. *v.* 20. & ab altari diuellatur homicida, ne sanguinem ab eius manu exigat Iehoua, qui sanguinem temerè fundentis rursus dispergere iussit *Genes.* 39. *Exod.* 21. *v.* 12. Si instas, ius vitæ & necis est regale summum Reichsabschiede *de anno* 1529. §. vnd wiewell *l. ad bestias ff. de pœnis*. At ego dico illud verum esse in leuioribus delictis, non in grauioribus. Neque vllum regale regali nomine dignum esse, quod sit contra rationem & honestatem. At verò quid rationi & honestati magis repugnat, quam parricidam, incæstuosum & blasphemum hominem diuina lege condemnatum, absoluere *Ioan. Badin. l.* 1. *de reb c.* 10. *Niellius disput. feud.* 11. *Thes.* 2. *lit. T.* & *disput. de iure princip. thes.* 60. *Henning. Arnisæus l.* 1. *polit. cap.* 16. *Hier. Treutler. p.* 2. *disp.* 30. *thes.* 3. *lit. G. Philippus Camer. cent.* 1. *horar. succisiu. c.* 10. *Pet. Heig p.* 2. *q* 24. *n.* 33. & *seq.*

CONCLVSIO XXXIV.

Hactenus de coronatione Germaniæ. Lombardica coronatio (188) Modetiæ, (189) Oppiduli, prope Mediolanum (188) siti, ab Archiepiscopo Mediolanensi sola coronæ impositione (190) expedienda hodie Romam concessit (191) vbi (190) ante coronationem Romanam pauculis interiectis diebus (191)

rationem Regum Galliarum eleganter describit, *Ioan. Sleid. lib. 19. de S. R. circ. med. Tilles au recueil des Rois fol. 259. & in annotat. fol. 119. Claude Fauchet de origin. des dignitez cap. 3.* Oleum ibi interuenit sanctum, quod cum Clodouæus baptizaretur de cælo missum & adhuc hodie Rhemis religiosè custodiri dicunt, *Girard. lib. 1. fol. 56.* Vnde Archiepiscopi Rhemenses non alibi vngi consecrarique posse Reges contendunt *Girard. lib. 6. fol. 624.* Imò & Turcarum Sultani cæremoniâ rituque singulari in regiam sedem, quam Tachtum appellant, collocantur. *Leunclai. in histor. Musulman. l. 5. fol. 218.*

(170) (170) Quomodo auctoritas per coronationem Regi concilietur pulchre differit, *Io. Althus. c. 19. n. 97 in Polit.*

(171) (171) Populo autem nota fit, dum magnificè inthronisatur vt loquitur *Petr. de Andlo lib. 2. cap. 6.* Hi fines coronationis magis honoris & celebritatis quam necessitatis causa introducti ad populi Iudaici incitationem, *Petrus de Andlo lib. 2. de Imp. Rom. cap. 6.* Videantur *Nicol. Cusin. lib. 3. p. 3. de concord. Cathol. Balb. cap. 20. de coronat.* Nihil itaque noui præter Electionem quæsitum accedit hic Imperatori, *Mat. Steph. de iurisd. lib. 2. p. 1. cap. 1. numer. 120. & seqq. Tob. Paurmeist lib. 2. de iurisd. R. I. cap. 4. numer. 5.* Sic verum ac legitimum coniugium putatur etiamsi solemnia nuptiarum nondum sint celebrata.

(172) (172) Ita docet *Carol. Paschal. l. 10. c. 7. de coronis.*

(173) (173) *gl. in cap. quoniam dist. 110.* Hinc ad personas Ecclesiasticas principaliter spectat, & ad summum quemque regni sacerdotem. Sic Gallum Rhemensis: *Aymon in Hist. Franc. lib. 5. cap. 36. 39. & 49.* Hispanum Toletanus *Renan. Choppin. de doman. Franc. lib. 3. cap. 8. numer. 3.* Neapolitanum Neapolitanus, *Camillus Borel. de praest. regis Cathol. cap. 49. num. 27.* Siculum Panormitanus *Camillus Borel. d. numer. 27.* Anglum Cantuariensis. *Franc. Modius l. 4. pandect. triumph. cap. 10.* Polonum Gnosnensis. *Iac. Aug. Thuan. l. 56. hist. p. 567. & seqq.* Hungarum Strigonensis *Franc. Modius d. lib. 4. cap. 13.* Bohemum Pragensis *sup.* Danum Lundensis *Goldast. in replic. pro Imper. cont. Gretserum cap. 36.* Suecum Lipsolensis *Goldast. d. loco* Archiepiscopi vngere & coronare solent.

CONCLVSIO XXX.

Estque coronatio triplex Germanica, Lombardica, &
(174) Romana: (174) circa Germanicam sunt notanda duo. I. a quo, II. quibus actibus perficiatur.

(174)

(174) Cur triplici Imperator corona insigniatur diuersi diuersam (174) assignant rationem. Quidam allegoricè hanc triplicem coronationem enodant; Imperatorem *aiunt*, primum argentea coronari, vt intelligat se oportere esse purum, nullaque macula consperſum, exinde veteres vocarunt argentum purũ patumque: deinde ferrea, qua designatur tãtum viriũ ei inesse debere, vt in Longobardia hostes deuincat, totamq; Italiam ex infestissimorum tyrannorum manibus eripiat *l. in nomine dom. C. de offic praef. prat. Africa.* Postremò Romæ aurea insigniri, quia sicuti aurum perfectissimum est ac pretiosissimum metallorum: ita Imperator in vrbe Roma, quæ est Imperij caput, supremum assequitur perfectionis gradum & excellentiam super omnes Reges *l. 1. C. de offic. praef. Ioan. Schacsduin in proœm. Instit. cum ibi allegat. Hieron. Balb. Episcop. de coronat.* ad exemplum supremi cæli terræque Monarchæ his tribus coronis Imperatorem nostrum ornari autumat: argentea vt *Zachar. 5.* sumes, *inquit*, argentum, & pones in capite Iesu: ferrea vt *in lib. Reg.* sub imagine Ecclesiæ, quæ ferream sibi fabricauit coronam: aurea vt *in Apol.* vidi, *inquit*. super nubem filium hominis habentem in capite suo coronam auream *Barthol. Chassan. in Cathal. gloria mundi p. 1. consid. 25.* Aliud hic nec illepidum agitatur commentum, Imperatorem scilicet triplici corona insigniri, ideo quod sit totius mundi Dominus, qui in tres plagas mundi dispertitur. Dominatur enim Asiæ, *lib. fin. C. de tempor. appellat.* Africæ *l. 1. de offic. praef. prat. Af.* Europæ *l. 2. C. de appellat. Fran. Zoanettus in tract. de Rom. Imp. n. 248. Ioan. Schneid. de feud. p. 3. n. 67.*

CONCLVSIO XXXI.

Coronatio Germanica Aquisgrani (175) expedienda Electori Coloniensi (176) tanquam Archiepiscopo (177) competit, cooperantibus Moguntino ac Treuirensi. (175) (176) (177)

(175) *cap. 28. §. inuenimus 5. A. B.* ob memoriam iussumque Caroli Magni, de quo *Gunther. in Ligur. lit.* (175)

Hoc sibi prima loco veluti cunabula regni
Carolus esse volens, magna cum Francia Regi
Vtraq; seruiret, primam gestare coronam
Iussit, & in sacra Reges ibi sede locari.

Vide *Marq Freher. ad Pet de Andlo l. 1 c. 12. v. Electorum.* Quamuis hic locus non tam strictè semper obseruatus fuerit. Imò *Hartm. Maurus in coronat. Carolı V.* scribit, licere veteri priuilegio Archiepiscopo Coloniensi quocumque loco suæ prouinciæ suo arbitratu coronationi

locum præfinire. Quin & extra ipsius Diœcesin Ratisbonæ, Francofurdiæ coronationes peractas obseruantia testatur ob causas quas adducit *Adam Heiden.in descript.coronat.Maximiliani II.*

(176) (176) Olim hoc coronationis seu inaugurationis ius Moguntino competijsse anteriora reuoluentibus tempora & historiarum studiosis non semel occurret. Sic cum Otto primus Henrici I. filius Aquisgrani coronandus esset, quæstio Pontificum, loquor verbis *VVittichind. l.2.de reb.gest.Saxon in princ.* de consecrando Rege Treuirensis ac coloniæ Agrippinæ orta est, illius quia antiquior sedes esset, & tanquam à B.Petro Apostolo fundata; istius verò quia eius ad Diœcesin pertineret locus, & ob id sibi conuenire arbitrati sunt huius consecrationis honorem. Cessit tamen vterque eorum Hildeberti scilicet Archiepiscopi Moguntini cunctis notæ almitati. Addatur *Otto Frising.l.8.cap.19. Gotifred.Viterb.in chron.p.12.in Ottone I.* Et idem postea obseruatum fuit in coronatione Ottonis II. qui à Wilhelmo *Onuph. Panuin.l.3. Rom.Princip.in princ in Ottone II.Cyriac. Spangenb.in chronic. Mansfeld.cap.140.& 146.* Ottonis III. qui à willigiso *Thrith. in chronic. anno 983.* Aliter *Lambertus Schaffnab.anno 984.* Henrici II. qui ab eodem *Cuspinianus in eius vita Sigibertus Gemblas in chronic.anno 1200. Carolus Sigon.l.8.de reg.Ital.p.187.* Conradi II. qui ab Arabone *Auentin. l.5. annalium Bo.fol.416. Herm.Contract.in Chron anno 1024. Ioann. Naucl.generat 35.in princ.* omnibus Archiepiscopis Moguntinis coronati fuerunt. Et ita successiue ad Conradum vsque II. ad primatum sedis Moguntinæ consecratio regis pertinuerat: postmodùm Henricus III. per Pelegrinum Archiepiscopum Coloniensem coronatus est *Alb.Krätz l.3. Metropol.cap.10.in fin.Onuphr.Panuin.d.l.3.in Henrico nigro*, & filium Henricum IV. per Hermannum coronari fecit: tàm vt testatur *Lambertus Schaffnab.in anno 1054.* quia maior generis claritas Hermannū Coloniensem, quam Lupoldum Moguntinensem commendabat: ille enim Palatinus Rheni cognomento nobilis erat *Mersæus in Hermanno annalib. Archiep.Colon.* Hic ex Monacho Fuldensi ad Archiepiscopatum euectus fuerat *Mers.in Lupold.annal.Archiep.Mogunt.* Tùm quia consecratio Aquisgrani intra ipsius Diœcesin celebranda contigisset. Quæ ratio posterior tam efficax futuris temporibus visa fuit, vt ius coronandi penes Coloniensem immutabiliter permanserit. *Cisner. in fin.Orat de Ottone III.* Quod innuit *Gunther.l.1.in Ligur.* de coronatione Friderici I. agens:

Imposuit capiti gestamina regia sacro
Arnoldus, quo tunc pastore Colonia diues

Gaude-

Gaudebat, quippe hunc veteris sibi iuris honorem
Vindicat ille locus.

Vindicat scilicet à tempore Henrici III. nam Imperatores insequentes hunc honorem Coloniensi reliquerunt & ita paulatim longa & vsque ad Auream Bullam continuata consuetudine id Electoribus Coloniēsibus acquisitum. Sic Henricus V. ab Hermanno *Onuph. Panuin. d. l. 3. in Henrico IV. p. 200.* Lotharius Saxo à Friderico *Rob. de Monte in append. à Chronic. Sigiberti anno 1126. Dodechinus in appendice ad Marian. Scot. anno 1125.* Fridericus I. ab Arnoldo *Otto Frisi. l. 2. de gest. Friderici cap. 3. Radeuicus de reb. gest. Friderici I. l. 1. c. 3. Gunther. in Ligur. l. 6.* in persona Friderici:

———Pastori prima recentis
Agrippina tuo conceditur vnctio regis.

Henricus VI. à Philippo *Thrith. in Chronic. Hirsaug. anno 1189. Carol. Sigon. l. 14. de reg. Ital. p. 324. Crus. p. 2. l. 12. cap. 1.* Philippus ab Adolph. *Alb. Krantz. l. 7. in Saxon. c. 23. Sebast. Munst. l. 3. Cosmog. c. 19.* Otto IV. ab eodem *Otto de S. Blasio in append ce ad Ottom. Frising. l. 7. hist. c. 36. Ioann. Naucl. gener. 40 fol 897.* Rudolphus I. à Sigfrido. *Onuph. Panuin. d. l. 3. in Rudolpho I. p. 214.* Adolphus ab eodem *Crus. p 3 l 3. c. 11.* Albertus à Wichboldo *Crus. d p. 3. l 3. c. 14. Trithem. in Chron. Hirsaug. anno 1298.* Henricus VII. ab Henrico *Conradus Vicerius de reb. gest. Henrici VII. anno 1308. in paralip. ad Abbatem Vrsperg. Hulder. Mutius l. 23. chronic.* & Carolus IV. viuo Ludouico Waldemaro *Henric. Rebdorff. in anno 1346. Naucl. gener. 45 p. 1006.* & eo mortuo à Gerlaco *Henric. Rebdorff. anno 1348.* omnibus Archiepiscopis Coloniensibus vncti fuerunt: donec per *Auream Bullam c. 4. §. 3.* idem Carolus IV. hoc ius Coloniensi confirmauit, quod & ad nostra vsque tempora continuatum fuit. Siquidem Wenceslaum Caroli IV. filium Fridericus *Dubrau. l. 22. hist. Bohem. Alb. Krantz. l. 10. in Saxon. c. 3.* Rupertum idem *Hulder. Mutius l. 35. Chron p. 265. Paul. Langius in chronic. Citizensib. anno 1400.* Sigismundum *Onuph. Pannin l. 3. Rom princip. in Sigismundo.* Albertum II. *Albert. Krantz. l. 11. in Saxon. c. 29.* Fridericum Tertium Theodoricus *Trithem. in chronic. Spanheim. anno 1442. Cyriac. Spangenb. in chronic. Mansf. c. 324. in fin.* Maximilianum I. Henricus *Thrithem. d. l. anno 1496. Alb. Krantz. l. 13 in Saxon. c. 1.* Carolum V. Hermannus, *Sleid. l. 2. hist. Hartm. Maurus de coronat. eiusd.* Ferdinandum I. Henricus *Onuphr. Panuin. d. l. 3. in Ferdinando* omnes Archiepiscopi Colonienses consecrarunt.

(177) Non tantùm Electo sed & consecrato & infulis vel pallio decorato (177)

corato. Siquidem ea quę sunt ordinis, vt sunt consecratio & vnctio nō possunt Archiepiscopi exercere *c. pallium dist. 110.* nisi pallium consecuti *Firm. Bertach. in tract. de Episc. c finali tit. 13. Pet. Greg. Tholos. l. 11. Sintagmat. iur. vniu. c. 11.* Quo cum tempore Conradi Tertij. *Otto Frising. l. 7. hist. c. 22. Carolus Sigon. l. 11. de reg. Ital. in Conrado anno 1138.* Maximiliani Secundi anno 1562. *Michael. Beuther. in continuat. Sleidan. l. 28. Simon Schard. l. 3. historic. germ. f. 2066. & seq.* Rudolphi II. anno 1575. *Nic. Serrar. l. 5. rerum Mogunt. c. 15.* Matthiæ ante paucos annos Archiepiscopi Colonienses caruerint: Moguntini Archiepiscopi coronationes cooperantibus Archiepiscopis Treuirensi & Coloniensi peregerunt. Vt satis imperite locum coronationis in causa fuisse his in casibus scribat *Dom. n. Arum. discurs. 3. super A. B. concl. 17. in fin.*

Conclvsio XXXII.

(178) Actus quibus coronatio hæc vel inauguratio perficitur
(179) sunt vel essentiales vel accidentales, vel quodam inter v-
(180) trosque medio. Essentiales sunt tres I. est vnctio (178) II. in-
(181) signium traditio. (179) Quorum sunt quinque 1. diadema,
(182) (180) 2. gladius (181) 3. sceptrum (182) 4. pomum aureum
(183) (183) 5. amictus (184) III. est iuramenti depositio. (185)
(184)
(185)

(178) (178) Inter vnctionem & consecrationem quæ sit differentia vide *Henning. Goden. c. 7 in princ. de elect.* illa fit oleo, quod sacrum & sanctissimum dicitur; hæc vero Chrismate. De varijs cæremonijs non spectat hic explicare, cum in omnium iam manibus sint historiæ coronationum.

(179) (179) Quæ & regalia Königliche zier appellantur. Alia veteribus Romanis Imperatoribus vsitata *Onuph. Panuin. c. 2. de comit. Imper.* alia Francicis regibus *idem c. 8.* Alia nostris, vt numeris sequentibus dicemus. Et horum traditione in possessionem quasi regni mittitur.

(180) (180) Diadema, à διαδέω, quod est circumligo: erat fascia candida, quæ capiti Regis vel Reginæ circumligabatur *Iustin. l. 15.* Hic pro corona tiara sumitur quæ à Iustiniano *in l. vltima C. de quadrienn. præscript.* & à Carolo IV. *in princ. A. B.* infula indigitatur. Germani peculiari voce regnum nominant *Marq. Freher. ad Petr. de Andlo l. 2 c. 6. n. Imperiale.* Cuius formam accurate depinxit *Carolus Paschal. l. 9. de coron. c. 18. An autem corona illa sit aurea?* dubitatur à multis: sunt qui ferream *Onuph. Panuin. de comit. Imper. p. 408. & seq. Cyriac. Spangenb. in spec. nobilit. l. 10. c. 2. Barthol. Chassan. in catalog. gloria mundi p. 5. consid. 27.*

27.*Georg.Schonborner l.5.Polit.cap. 9. Ioan. Sleid. ad proœm. instit. num. 6.Bero.consf.1.num.3.& seqq. lib.1.* Qui Germaniæ coronam olim argenteam fuisse nunc vero ferream esse existimat. Sunt qui argenteam *Luitprand de gest. Saxon.p.1733.Carol. Sigon.lib.7. de reg. Gall. in Ottone I.* qui, *ait,* se in omnibus commentarijs inuenisse coronam Germanicam argenteam fuisse *Paul. Iouius l.27.histor.* & alij. Attamen hi omnes infinitum crassum & inexcusabilem errant errorem. Siquidem corona Caroli Magni, quæ Aquisgrani imponitur non ferrea nec argentea vt vulgus falsò autumat, & quod magis pudendum (ait *Hartm. Maur.* qui & Archiepiscopi Coloniensis consiliarius est Caroli V. coronationi Aquisgranensi interfuit) passim in iuris professorum commentarijs reperitur: sed ex puro puto auro fabrefacta : sic tamen vt in ea veterum laudabilis parcitas satis eluceat. Quod idem testatur *VVittkind. lib.2.gest.Saxon.in princ. Marquard. Feher. in not.ad Petr. de Andlo lib.2.de Rom.Imp.cap.6. v. & habetur.* Et ita quoque rectè prædictum errorem per testimonium à propria experientia desumptum refutat *Hier.Balbus de coronat. p. 44.* quod idem & nos facere possemus, vt verum maneat illud *Plauti* comici; Quod vnus testis oculatis plus valeat, quam decem auriti.

(181) Sicuti olim præfectus prætorio Imperatori gladium præferebat in signũ meri Imperij *Pet.Fab.l.1.hemest.c.3.* ita quoque Saxo portitor ensis (quem Caroli Magni fuisse perhibent, persico acinaci forma nõ multum absimilem)Imperatori gladium præfert : qui in coronatione Wilhelmi Imperatoris ita dixisse legitur: accipe ensem regium vt rebelles seuera correptione potenter affligas, omnesque beneuolos in tranquilla pace gubernes. Videatur *Philipp.Camer.l.1.horar.succis.c.76.* De hoc gladio ita scribit *Godofrid.Viterb.p.19.in Chroni:* (181)

Iudicij signum gladius monstrare videtur,
Quo malefactorum veritas cessare iubetur,
Vt latro frustretur, Rex tenet arma secus,
Præcipitur gladius vibratus semper haberi
Puniat vt subito, potuit quod culpa mereri
Nam si tardus erit, pax viduata perit.
Iura sibi soli Deus edere, condere parat,
Vt gladio laqueoque suo mala pressa quiescant,
Si mala non premeret principis vmbra foret.
Sic sibi regna Deus subiecit iurgia legum
Quod valet humano lucrari sanguine cælum.

Munera grata Deo dat pereunte reo.
Ense quiescenti compescere non valet orbem.
Sanguinis humani torrente potest moderari
Qui regnare volet sanguine iura colet.

(182) (182) Antiquissimum apud omnes gentes ait, *Marq. Freher. ad Petr. de Andlo l. 2 c. 8.* Regiæ dignitatis signũ sceptrum. Antiquis temporibus inquit *Iust. l. 43.* reges hastas pro diademate habebant quas græci σκῆπτρα dixêre. De hoc nostro idem *Viterb. d. p. 14.*

In manibus Regum dum regia sceptra tenentur
Tunc quasi per virgam compescere cuncta videntur
Pœnaque præstatur qua ratione datur.
Visibus innumeris & legibus vndique vultus
Instruit hic homines dignos prætendere cultus
Regia virga tamen, quo moderentur, habet
Plura solent homines per climata fingere iura
Cæsar sceptra tenens nouit distinguere plura
Imperat & virga iura valere sua.
Vita genus lingua varie variant regiones
Vna nequit cunctos distinguere regula mores
Vnde per imperium plurima iura manent.
Lex superest legi Rex Regi pluribus vnus
Par superest paribus, mos moribus, visibus vsus
Imperat huius vnus cuius in orbe sumus
Lex Romana locum super omnia iure meretur
Nec tamen euacuat quod in his rationis habetur
Vult magis atque minus Cæsar habere simul.

Galliæ reges sceptro suo lilium impositum habent, vel manum duobus cum pollice digitis erectis fidei signum exhibentem. Quod sceptrum cum inter cætera ornamenta regalia Carolo IV. Imperatori per Gallias eunti honoris ergo apud S. Dionisium monstraretur, diceretur que eam manum ex vnicorni sculptam esse, subiecit ipse non potuisse ex aptiori materia manum iustitiæ affingi quæ pura omnisq ue veneni exsors esse debeat *Claud. Fauchet in annalib. Gal. anno 1337.*

(183) (183) Pomum hoc denotare videtur vniuersale Imperatoris Imperiũ, quale quidẽ non habet, sed temporibus præteritis & præsertim inuenti huius Iustinianus Imperator obtinuit. Huic enim initium pomi seu globi huius tribuunt. Nam vt *Procopius* in Palatio Constantinopolitano erecta fuit statua Iustiniani, quæ Sphæram siue orbem, nostri malum dicunt, gestabat cum cruce infixa, vt significaretur auspicijs diuinis

nis Dominus esse mundi *Marq. Freher.ad Petr.de Andlo l.2.c. Petr. Greg.Tolos.l.6.de rep.c.13. n.14.* quod Synechdochicè toto scilicet pro parte maiore sumpto intelligendum est. Sicut id quod apud *Lucam c.2* legitur:exijt edictum à Cęsare,vt describeretur vniuersus orbis, id est census haberetur de his omnibus, qui in orbis ijs partibus quæ Cæsari Romano parebant. Qui hodie quosdam regum aut etiam omnes audent constituere in ditione imperij pugnant pro laruis orbis tamē Romani,id est,degentium in Imperio Romano,Imperator etiamnum recte Dominus dicitur *l.deprecatio 9.ff.ad leg.Rhod.de iactri.* Eiusque figuram pomum illud repræsentat:de quo sic *Godof.Viterb.d.p.19.*

Aureus ille globus pomum vel palla vocatur,
Vnde figuratum mundum gestare putatur
Quando coronatur palla gerenda datur.
Significat mundum forma perhibere rotundum
Intus habet plenum terresti pondere fundum
Quem tenet arcanum palla ferenda manu.
Hac fuit ex terris mundi collecta quaternis
Vt foret ingentj manibus gestanda superbis
Hac tulit Imperium Iulius arte suum.
Taliter hunc mundum gestat manus vna rotundum
Regius includit sic omnia climata pugnus
Taliter omne quod est regia pompa tenet.

Atque itaque in Coronatione Gulielmi Hollandiæ Comitis Imperatoris Ludouicus Palatinus dixisse legitur:accipe globum Sphæricum vt omnes terrę nationes Romano Imperio adijcias & Augustus gloriosus appellari valeas crucem super impositam globo ita explicauit *Viterb.d.p 19.*

Crux superest pomo cali super inita dono
Suscipe corde bono Rex qua tibi mystica promo
Teque sedente throno perspice quid sit homo
Crux & palla simul pariter connexa tenentur
Hac magis illa minus per te referenda videntur
Hac ferit,hac sanat,hac perit,illa manet.
Si mundana cupis pugno concludere regna
Significata crucis tibi sint reuerenter habenda
Seruulus esto Dei qui tua sceptra regit.

Et *Gab.Rudolph.l.1.hist. Franc.cap. vlt.* significationem horam pulchrè depromit:venerabili Papæ Benedicto sedis Apostolicæ visum,est ait,insigne imperiale quod prius diuersis speciebus figuratum fuerat,

 fieri

Vbi quæritur: *an ob in augurationem noui Imperatoris reis criminis immunitas sit concedenda*: Distinguimus inter crimina leuiora & grauiora, quæ lege Dei sunt capitalia, vt sunt blasphemiæ & execrationes in Deum & sanctos. Item latrocinia, homicidia voluntaria, raptus, adulteria, &c. In prioris generis delictis vtpote lege diuina non capitalibus impunitatem concedendam putaremus: posterioris verò generis, quæ lege Dei sunt capitalia, & quibus maximè societas humana dissoluitur, à nullo mortalium remitti posse statueremus. Quia Dei est iudicium *Psal.* 82. estque abominabilis coram eo, qui impium absoluit, & iustum condemnat *Prou.17.v 15.* & malè facit, qui faciem in iudicio cognoscit *Leuit.c.19.v.15. Deut.17. Eccl.c.42.v.1. Prou.21.v.3. & 24. v.23.* Impunitas siquidem delicti incentiuum est delinquendi *c. est in iusta c. 23. q. 4.* & qui vni indulget indigno, ad prolaptionis contagium prouocat vniuersos *Amb. offic.1.* cur enim secundum desperet effugium, qui laqueũ prioris criminis euasit. *Symmach. l.10. Epist.44.* neq; putandũ est, hæc duntaxat ad inferiores magistratus pertinere. An nõ Saul à DEO reiectus est, quod contra DEI mandatum Amalecitarum Regi Achab pepercerit *1.Samuel.15.v.18. & seq.* Equidem id potest Princeps quod iure potest *l. Filius de condit. institut. c. faciat c. 22. q 2. c. Agathosa c.27. q.2.* aufferat igitur malum è medio populi *Leuit. c. 29. v.20.* & ab altari diuellatur homicida, ne sanguinem ab eius manu exigat Iehoua, qui sanguinem temerè fundentis rursus dispergere iussit *Genes.39. Exod. 21.v.12.* Si instas, ius vitæ & necis est regale summum Reichsabschiede *de anno 1529.* §. vnd wiewoll *l. ad bestias ff. de pœnis.* At ego dico illud verum esse in leuioribus delictis, non in grauioribus. Neque vllum regale regali nomine dignum esse, quod sit contra rationem & honestatem. At verò quid rationi & honestati magis repugnat, quam parricidam, incæstuosum & blasphemum hominem diuina lege condemnatum absoluere *Ioan. Badin. l.1. de reb c.10. Niellius disput. feud. 11. Thes. 2. lit. T. & disput. de iure princip. thes. 60. Henning. Arnisæus l.1. polit. cap.16. Hier. Treutler. p.2. disp. 30. thes. 3. lit. G. Philippus Camer. cent.1. horar. succisiu. c.10. Pet. Heig p.2. q 24. n.33. & seq.*

CONCLVSIO XXXIV.

Hactenus de coronatione Germaniæ. Lombardica coronatio (188) Modetiæ, (189) Oppiduli, prope Mediolanum (188)
siti, ab Archiepiscopo Mediolanensi sola coronæ imposi- (189)
tione (190) expedienda hodie Romam concessit (191) vbi (190)
ante coronationem Romanam pauculis interiectis diebus (191)

Cardinali ad hunc actum destinato peragitur.(192)

(188) (188)De origine huius coronationis inter se non conueniunt *Onuphr. Panuin. de comit. Imper. c. 11. & Carolus Sigonius l. 1. de reg. Ital. & l. 4. & 8.*

(189) (189) Quam quidam Moguntiacum vulgo Moguntiam, alij Modricum vocant.

(190) (190) Quia bis tantum Cæsar inungitur *Pet. de Andlo l. 2. de Imper. Rom. c. 6.* vnctione igitur hic non opus.

(191) (191) Romani Pontificis dispensatione *Onuph. Panuin. d. l.*

(192) (192) Ferrea autem dicitur corona cum aurea sit, quia circulo aureo interiori intexta est. Rationem vide apud *Alciat. de form. Imp. Roman.* Qui liber hic totus pertinet Ritus in coronatione Caroli V. obseruatos tradunt *Franc. Modius in Pand triumph. tom. 1. l. 4. de coronat. Caroli V. Hier. Agrippa in hist. de duplici coronat. Caroli V.*

Conclvsio XXXV.

Tertia & vltima Coronatio est Romana, quæ fit in ipsa
(193) vrbe Roma:(193)Pontificis manu(194)sic vt vnctionis ritus
(194) Cardinali Ostiensi peragendus competat. Coronæ vero
(195) impositio Pontifici incumbat.(195) Hanc Coronationem
(196) omnino necessariam esse statuimus: (196) Aduersarij nostri clamitent licet, & in pontifices etiam sanctissimos virulentum suum virus effutiant, & aspidum instar pungant,
(197) (197)quamuis illam interdum differri propter certas causas haud ignoremus.

(193) (193) Etsi in arbitrio Pontificis Maximi esse non diffiteamur, præfinire alium ex certa causa locum, vt rectè putat *Balbus cap. 21. de coronat.*

(194) (194)Et rectè vt *infra n. 106.* dicemus.

(195) (195) *Per §. debet 3. in constit. ordin. imp. anno 1339. apud Goldast. tom. 3. p. 411.*

(196) (196)Nihil hic addere volumus aut verè possumus, quam quæ optimè & laboriosè cōgessit Illustrissimus *Cardinalis Robertus Bellarmin. lib. 1. de translat. Imp. contra Illyric. Flacc.* vbi *c. 5.* triginta duobus historicorum testimonijs *c. 6.* confessionibus principum duodecim & *c. 7.* septem Pontificum Romanorum auctoritatibus huius necessitatem neruose & sufficienter probat: cui addere possumus *Innocent. in c. venerabilem extra de elect. Abb. Panorm. c. 1. n. 3. extra de probat. Felin. c. 13. n. 13.*

n.13. extra de iudiciis Guidon. Pap. decis. 439. nu. 3. Franc. Marcum decis. 938. num. 1. p. 1. Oldradum cons. 90. n. 7. l. 2. Barth. Chassan. in catalog. gloriæ mundi p. 5. consid. 29. Tiber. Decian. cons. 90. n. 10. volum. 9. Camill. Borell. in addit. ad Bellugam in spec. Princip. Rubr. 6. Conrad. Lancell. in templo omn. iud. l. 1. c. 1. §. 1. q. 4. Cæs. Baron. tom 10. Annal. Eccles. de anno Christi 872. §. 4. & 888. §. 3. Pet. de Andlo l. 2. de Imp. Rom. c. 5. in fin. Onuph. Panuin. de comit. Imp. p. 365. Corneum cons. 1. n. 2. l. 3. Mart. Laudens. de Principe q. 39. & omnes ferè Catholicos Scriptores.

(197) *Carol. Molin. in consuet. Paris. præfat. n. 73. & in tract. edicti Henrici Regis Domin. Arumæus discursu 3. sup. A. B. conclusione 20. VVesenbec. in notis ad Ioan. Schneid. in proœmio instit. n. 6. Reg. Sixtin. de regalibus l. 1. c. 4. n. 10. Tob. Paurm. de iurisd. l. 2. c. 1. num. 1. 26. & seq. Georg. Schonborn. l. 5. Polit. c. 8. Ant. Colerus in disput. de iure Imp. Germ. concl 6. Thom. Michael. de iurisd. concl. 3. lit. C. Gerlac. Buxtorph. ad A. B. thes. 28. Author. Anonym. disput. de iure princip. concl. 12.* & aduersarij communiter omnes. Verum cum hi & omnes quotquot sunt, nihil præter blasphemias, Scommata atque falsas allegationes & authoritates habeant, illorum refutationi lubentes & scientes supersedemus, latiorem eius tractationem in aliud tempus differentes. (197)

CONCLVSIO XXXVI.

Huc pertinet, vt ritus, cæremonias, formulas, aliosque extrinsecos actus prætereamus, (198) expeditio, (199) Romana, der Römer Zug: (200) cuius origo à Caroli Magni successoribus repetenda. (201) (198) (199) (200) (201)

(198) Quos minutatim persequitur liber V. cærem. R. E. sect. 5. (198)

(199) Subditi Imperij contribuunt Imperatori Zum Römer zug / so die Kayserliche Majestet zu holung ihrer Krohn in Italia bewilligt vnnd eine hülff ist von 400. zu Roß vnd 2000 zu Fuß / Reichßabscheidt *de anno 1521. fol. 80.* §. vnd alß wir *de anno 22. in pr. fol. 89.* Adde *text.* Lehnrecht *cap. 4.* Wan die Deutschen einen König kiesen / vnnd der dan geben Rom ziehet zu der weihung / so seind pflichtig sechß Fürsten mit jhme zuziehen / die die ersten in deß Reichß köhre sind / der Bischoff von Maintz / vnd der von Trier / vnd der von Cöln / vnd der Pfaltzgraue von dem Rheyn / der Hertzog von Sachsen / vnd der Marckgraue von Brandenburg / durch das / daß den Papst wissentlich werde / des Königs rechte köhre: auch soll damit ziehen ein jeglicher man mit seinem Herrn / der deß Reichs lehen gutt von jhme zu lehen hatt / oder soll die farth lösen mit dem zehenten pfund des zinses / den er Jährlich von jhm hat / vnd das nennet man den Römer zug. (199)

(200)

(200) (200)Enim Lotharius & Fridericus Impp. sui numinis expeditionem vocant, imitatione Honorij Imperatoris *in l.10. & 11. C. de SS. Eccles.* Extat hac de re Caroli III. Crassi dicti Imperatoris constitutio apud *Henr. Goldast. tom. 1. constit. Imperij p. 207.* quam *Marq. Freher. cum comment.* edidit.

(201) (201) Per ea quæ habet *Rob. Bellarm. d.c. 5. de translat. Imp.*

Conclvsio XXXVII.

MEMBRVM VI. DE EFFECTIBVS Electionis & Coronationis.

Effectus Electionis ab effectib. coronationis, vtpote diuersis
probè distinguendi. Effectus Electionis Commissionisque
(202) Imperii sunt, vt, si priusquam antiquum & laudabilem mo-
(203) (204) rem(202)secutus(203)peracta statim Electione(204)Ele-
(205) ctoribus(205)& Principibus, statibusque Imperij reliquis
(206) (206)omnia priuilegia, litteras, iura, libertates, concessio-
(207) nes, antiquas consuetudines. absque contradictione
(208) (207) confirmauerit (208) ipso iure consequitur plenum
(209) (210) administrandi ius(209)nomen Imperatorium(210)digni-
(211) tatem (211) & omnia quæ ei consequentia. (212) Effectus
(212) vero Coronationis sunt speciosa Imperatorum (213) Au-
(213) gustorum (214) nomina. Vexillum, aquila in pectore cru-
(214) (215) cem gestante insignitum, (215) ius vtendi Bulla.

(202) (202) De quo pulchrè *Iacob. Aug. Thuan. l. 32. hist. p. 416.* hoc facto superabat, vt Rex solemni more inauguretur, quod more antiquo ita fieri consuerat, vt Rex Romanorum Francofurti creatus, inde in lapideam sub Dio regiam sedem amœnissima Rheni inter vireta ripa super Confluentem ad Rectisimi (Germanicè Rhetisse) oppidulum deduceretur, in eaque sedens septemuiris omnia priuilegia aut quicquid ipsorum decus dignitatem, libertatem immunitates spectat, confirmaret. Idē refert *Hart. Mauri de coronat. Caroli V.* & iuramento ratificaret cuius summam complexum est *Spec. ul Saxon. l. 3. art. 54.* De quo more testatur etiam *protocollum coronationis Caroli V. tit. 1. v.* nach dem *apud Henr. Gold.* Politische Reichshändel. Maximiliani I. Coronationis *v. 30. die Martij apud eund. p. 1. tit. 9. Politica Imp.* Hoc iuramentum, quod secundum

iundum est, præstauit Carolus V. Aquisgrani, sed ante coronationem *d protoc. tit 6.* Ea sedes adhuc extat & visitur Rheusse vulgoque dicitur der König Stul *Marq. Feher. in not. ad Petr. de Andlo l. 2. de Imp. Rom. c 2. v euocare.*

(203) Licet confirmationem priuilegiorum voluntatis & consilij tantum esse responderint *Barth. Bertazz. cons. 27. & 28. in ciuilib. Surdus cons. 429. n. 16. Bertr. nd cons. 193. n. 9. l. 5. Alexand cons. 35. nu. 16. l. 5.* tamen necessitatis esse, & Electum ad eam omninò teneri indicat verbum debeat *d §. 5. c 2. A. B.* positum. (203)

(204) Quod laxius interpretandum, modò id fiat ante Coronationem *d. § 5. Hartm. Maur d. loc.* (204)

(205) Vtpotè propinquioribus SS Imperij membris *d. c. 2. §. 5.* (205)

(206) Quamuis de ijs in *d. c. 2. § 5.* nihil in specie habeatur, tamen modernis Imperatorum capitulationibus id ita declaratum est *Sleid. l. 1. de statu Rel. & in capit. Rud lphi II* formaliter hoc ita expressum extat: Die Teutsche Nation des H. Römischen Reichs vnnd die Churfursten/ alß die fordersten glieder deßelben/ auch andere Fürsten/ Grauen/ Herrn vnd Stende bey ihren hocheiten vnd würden ohne eintrag bleiben zulassen/ vnd ihnen darzu ihre Regalia / Oberkeiten / Priuilegien / so sie bißher gehabt haben oder in vbung gewesen/ ohne alle wegerung zu confirmiren vnd zubestettigen. (206)

(207) Quamuis plurimi velint Imperatorum gratias & priuilegia *Tiber. Decian. cons. 2. n. 124. vol 2. Mo test. Pistor. cons. 4. n 9. vol. 2. Thom. Grammaticus cons. 100 n. 99. & seq Hypolit. Riminald. cons. 601. n. 3.* & conuentiones, pacta & contractus cum fideiussoribus celebratos reuocare posse *Vinc. Cab iran decis. 139. n. 1. Ant. Capyt. dec. 121. n. 3.* tamen omninò valere, & obligari Imperatorem ad ea non solum confirmanda sed & seruanda, non quidem iure regni (quo quatenus legibus pactisuè prædecessorum teneatur successor pulchrè explicat *Henning. Arnisæus l 1. de iure maiest. c. 7.*) sed ex pacto, quod Electores ita cum rege pacti sint. Valet enim hic quod *Ioan. Verodiens. Episc. Vratislauiensis* dicebat: si cōditiones acceperis, regē te salutamus. *Bosin l. 39 & 40.* Maximè cum concessiones & contractus ratione Imperij & dignitatis celebrati morte concedentis Imperatoris non extinguantur, nec successor illos reuocare potest, sed omninò obseruare *cap si gratiosum de rescript. in 6. Car. Ruin. cons. 46. n. 13. vol. 1. Nic. Euerh rd Iunior cons. 1. num. 31. vol. 1. And Fachin. cons. 76 per tot.* quia imperium est dignitas semper durat, & non moritur *Fran. Becc. cons. 120 n. 18.* Quæritur: *quid si hæc priuilegia derogent maiestati, an valeant?* In *constitutione* quæ vulgò tribui- (207)

tur *Frederico II.*& extat apud *Henr. Goldast.p.9.tit.1.* Politische Reichshendel habentur hæc verba : Und dat ist sicher / dat die Priuilegia nit thon wurden syn / die entweder nehmen offt nit zolaißen die euerste gewalt *VVinzet.*quoque in *velitat.cont. Buchanan. & Cuner.de offic.princip.Christ.l.5.c.17.*negant posse c· nitare pacta,concessiones,priuilegia quibus diminuitur potestas regia.Sed his satisfecit *Henning.Arnis.c.1.num.4.de Auth.princ.in pop.*

(208) (208)Hoc ita constituit Carolus IV.*in A.B.c.2 §.5.*

(209) (209)Confer tamen conclusionem xxxv.*n.196.*

(210) (210) A quo nomine quidam Imperatores tanquam odioso abhorruerunt vide *Henr.Goldast.in Epist.dedicat ad Iac.Brit.Reg.t 3.cōst.Imp.*

(211) *(211) Ant. Quetta de prærogat inter Reg.Rom.& Gall.*

(212) (212)Vide tamen *Pet.de Andlo l.2.de Imp.Rom.c.5.circa fin.*

(213) (213)De nomine Imperatoris contra cauillationes *Leonhardi Iust.* eruditè explicat *Henr.Blebelius in Apol.pro maiest.Imp.*Hic in proposito nostro nomen est dignitatis,& ei soli cōpetit qu. Rom.Imperio præest. Hic in iure nostro appellatur princeps *l.1.C.de summa Trinit.& fid. Cathol.l. benè à Zenone C.de quadrien.præsc.l. deprecatio C.de lege Rhodia de Tacid.l.1.iactu Annal.*In vsibus verò feudorū passim Rex dicitur. Quod nomē olim apud Romanos inuisum,nec post Tarquiniū ab vllo vsurpatū:& vt Scipio Africanus Hispaniæ populis,qui virtutis admiratione regnū ipsi detulerunt,dixit:Regnū nomen alibi magnū,Romæ intolerabile.Itaq; Caius Iul.Cæsar plebi Regē se salutanti,Cæsarem se,nō Regē esse respōdit *Sueton. c.79.Marq.Freh.ad l.1,Pet.de Andlo c.7.*Nominatur etiam Cæsar *in l.6.§.1.ff.de iure fisci*, non vt aliqui volunt, à Iulio Cæsare,qui de matris vtero cæsus dicitur,neque à Cęsarie,neque à cæsis oculis,sed à Cæso Elephanto.Et hoc nomen olim designatis successoribus Imperatorum tribuebatur *Spartian.in Ælio.* In Gallia dicitur Delphinus ex eo quod Vmbertus Delphinarum princeps Philippo Valesio ea conditione concesserit principatum suum,vt regno proximus hæres Delphinus diceretur. *Lupanus de Magistratib. Francius Polydor.Virgil.l.11.hist. Anglic.*In Anglia Normannię Dux, qua recuperata à Gallis,Galliæ princeps dictus *Polyd.d l 11. & 16.* Græcorum Imperatorū Despotæ.Hispanorū Princeps & reliqui liberi infantes *Lupā. d.loc.*Sic Aegyptiorū Reges dicti sunt Pharaones ; Item Ptolomæi & Pyromi: Latinorum Murani Parthorum Afarcitæ:Altanorum Syluij: Atheniensium Erichteidæ,vel Cecropidæ:Hungarorū Cachami:Danorum Skyoldungi:Turcarum Othomanni:Tartarorum Chaam *Alex.ab Alex.l.1.genial.rer.c.2.Pet.Greg.Tolosan.l.18.S.I.N.c.2.n.11.*Cæterum

terum hoc in loco notandum: quod à Cæsaris appellatione omnes successores Caroli Magni perpetuò se abstinuerint. Nec indageri potest (verba sunt *Henr. Goldast. in Epist. dedic. to. 3. const. Imp. ad Iac. Britann. Reg.*) quo primum tempore nomen illud Keiser Germaniæ obtrusum sit, nisi opinor non aliam vocem Germanis fuisse, qua Imperator à Rege discriminaretur sanè *Otfrid. Monach. VVessenburg.* vetustissim' omniū nostri Idiomatis scriptor *in librū Euāg.* scribere solet Keiser Keisores, vt refert *Marq. Freh. in not. l. 1. c. 7. v. Keiser ad Pet. de Andlo.*

(214) *Interpretes nostri ad Proœm. Instit.* tradunt ab augendo Augustos dici. Vnde manauit Germanica interpretatio zu allen zeitten mehrer des Reichs/ vt hac ratione sui officij admoneantur Imperatores, quod rectius tamen in regni conseruatione collocandum existimat *Carolus Paschalius l. 9. de coronis c. 18.* Nos Augusti nomē ipsi additum credimus ob maiorem reuerentiam, quod scilicet reuerenter consecratus sancto augurio ope Iouis augeatur *Sueton. in Vespasian. Sampr. in Alex.* Est igitur Augustus idem quod Reuerend. *Bozz. de Imp. virtutis.* confer *Carol. Paschal. d. loc. Goldast. in rational. tom. 1. constit. Imp. p 65.* (214)

(215) Insigne Imperij nō est Aquila biceps ex Imperij diuisione vt *vulgus DD.* autumat. *Euseb. in vita Constant. M. c. 15. Niceph. l. 8. hist. Eccl. c. 53. Zosim. l. 2. Rhenan. Choppin. l. 2. de Doman. Franc. ti. 2. n. 11. Io. Naucler. vol. 2. generat. 11. Socrat. l. 3. hist. Ecclesc. c. vlt. Io. Cusp. in. de diuis. Imp. Pet. Greg. Tolos. l. 6. de Rep. c. 13. n 18 & 19. & l. 25. c. 1. n. 7. Ioseph. Schaliger l. 5. de Emend. temp. Iust. Lipsi in analect. ad lib. de milit. Rom. Marq. Freher. in not. ad Pet. de Andlo l. 2. c. 5.* Sed duæ aquilæ alis expansis dorsa iuncta habentes, quæ Qnint. Varo ab Arminio Cheruscorum principe fortissimo cæso apud Bructeros inter Armasin & Lippiam sunt ereptæ *Cuspin. ex sueton.* Conflictus autem factus ad saltum Teutoburgensem (*teste Tacit.*) in comitatu Lippensi, qui vix milliare Diethmoldia, vbi aula est comitis Lippiensis, distat vt loci nomen indigitat, qui adhuc appellatur die Zenterhouer & villicus der Zentmeier. Proximus autē Riuius die Tottebach dicitur ex eo, quod interfectorum cruore fuerit colore. Inueniuntur etiam adhuc sæpius à rusticis terram colentibus reliquiæ armorum, certissima conflictus indicia. (215)

Conclvsio XXXVIII.

Membrum 7. De contrarijs Electioni.

Contraria Electioni est abdicatio Imperij, quæ duplex: vel spontanea renunciatio vel depositio: spontanea renunciatio est, si Imperator Imperio renunciet & ob senectutem

morbum vel aliam ob causam præesse vel nolit vel non possit.
(216) (216) Depositio est, quâ Imperiali diademate Imperator priuatur. Cuius depositionis siue resistentiæ considerantur personæ, quæ resistunt, & modus resistendi. Personę sunt duplices: optimates & priuatæ. Optimates Imperij Romano-Germanici sunt ordines Imperij, qui Imperatorem ex iustissima & grauissima causa consilio & auxilio
(217) summi Pontificis (217) deponere atque Imperiali tiarâ pri-
(218) uari possunt (218) Priuatæ Principi resistere nullo modo
(219) possunt. (219) Circa modum resistendi sequentia requisita obseruanda I. cui resistant II. quando resistant III. quomo-
(220) do resistant, quousque & quamdiu resistant (220).

(216) (216) Quod Imperator Imperium à se abdicare non possit voluit *Bald. in l. Barbarius ff de offic. Prat. & Villaloban comm. opin l. P. nu. 222. v. & vltra illud.* Sed contrarium verius, vt rectè scribit *Matt. Step. de iurisd. l. 5 c. 15 n. 22. & l. 2. p. 1. n 145.* Exempla habemus in Diocletiano & Maximiliano, qui se abdicarunt Imperio & in priuatam vitam concesserunt Anno Christi 304. Sic quoque Carolus V. Imperator Imperio renunciauit Anno 1556. *Ioan. Schleid. de S. R in fin.* Huius summam summi Imperatoris humilitatem post abdicationem Imperij hic prætetire non possum. Cum enim Ferdinando Fratri Imperium, Philippo filio regna propria cessisset, in que Hispaniam nauigare, & quietam ibi ac monasticam quasi vitam agere constituisset, dum Flissingæ in Zeelandia commodum ventum expectat. Seldius ad eum venit à Ferdinando fratre legatus, cum eo multam in noctem producto sermone, & Carolus tandem signum suis nolâ daret, vt scilicet facem aliquis, dum ille digreditur, præferret, nemine comparente, alij enim cubitum, alij aliò concesserant, Carolus arrepto cæreo Seldium, quamuis reluctantem, per scalas ipse deduxit, ac digrediēs, hoc, inquit, Seldi olim meminisse te velim, eum Imperatorem qui tot satellitibus quondā stipatus, imò tot legionibus cinctus fuerat, iam solitarium, relinqui & à domesticis quoque deseri, cumque, cui tot annos tu seruieras, iam tibi seruire & cæreum præferre *Casp. Ens l. 1. Epidorp.* De Principibus viris qui sese abdicarunt & vitam religiosam duxerunt vid. *Hier. Plat. Soc. Iesu l. 3. de bono status relig. c. 26.*

(217) (217) Maximè si infidelis & hæreticus fuerit vid. *Bellarm. l. 5. de Pont. ... c. 7.*

(218)

(218) Sic Otto IV. quia regnum Neapolitanum eripere tentabat iuniori Friderico, qui in tutela Pontificis adhuc erat, & in Francos bellū meditabatur, authoritate Innocentij III. Sic Fridericus II. in consilio generali Lugdunensi consentientibus vniuersis patribus ab Innocentio IV. depositus fuit: sententia depositionis est, *in c. ad Apost. de sent. & re indic. in 6.* Sic Adolphus Nassouiensis iusta de causa Imperio priuabatur, siquidē Principes Imperij neglexit, indignos extulit, publicè adulteria patrauit, virgines, moniales, viduas vi constuprauit, fidem & litteris & sigillo roboratam violauit *Cuspin. in eius vita.* Sic Ludouic. IV. authoritate Ioannis XXII. & Benedicti XII. Imperiali solio deiectus: videatur eius historia apud *Pighiū Ihierarch. Eccles. 5 c. 14. & 15. Et apud Robert. Arboricens. tom 2 theorem. 7 de vtroque gladio.* Sic Caroli IV. filius Wenceslaus iure Imperij exutus fuit: siquidem in illo ait *Peucer. in cronic. l. 5 in eius vita:* nihil hominis simile præter speciem fuit, & veluti porcus Epicuri domi in stabulo clausus & saginatus negotia Imperij negligebat *Paralip. apud Abbat. Vrsperg. in vit. VVenceslai:* Iustitiam sinistrè & peruerse administrabat, & rē Imperij abalienabat vt legimus *in l.* qui inscribitur Reichshandlung von dem Jahr Christi 1379 biß in das Jahr Christi 1499 zu Franckfurt abgefaßet. vid. *Canonist. in ca. venerabilē extra de Elect. Paris. de Puteo in tract. Syndicat. c. de exces. Imp. Bodin. l. 2. de Rep c. 5. Lanc. in templ. omn. iud. l. 1. c. 1. §. 2. q. 6. Iul. Clar. §. fin. q. 35 in. 6.* (218)

(219) Periculosissima est quæstio: *an priuati bestialiter Imperanti violenter possint resistere?* Vt videre est apud *Iun. Brut* de vindic. cont. tyran. q 3. Fernand. Vasq. l. 1. c. 8. n. 39 & seqq. illust. cont. Pet. Greg. Tolos. l. 6 de rep. c. 7. Bodin. l. 2. de rep. c. 5. Althus. in Polit. c. 38. n. 68. Ego in hac quæstione distinguere soleo inter tyrannum qui est absque titulo & inter tyrannum qui habet titulum: Illi regnum inuadenti etiam priuata authoritate sine alterius iussu omnes & singuli patriæ amantes optimates & priuati resistere & possunt, & debent, per ea quæ habent authores iam all. Legitimè huic insultare non possunt arg. l. 176. ff. de R. I. sed ad preces lachrymas & vitæ emendationem cū Ecclesia confugiāt. Ascendat deprecatio & descendet cōmiseratio. Hęc enim sunt fideliū arma, quibus mundi furorē expugnant. Consenescat igitur immaturus & ardentissimus vulgi impetus, ipsosque terreat diuinæ maiestatis vindicta C. conuenior. c. 13 q. 8. c. porro c. 16. q. 3. Non enim conuenit cuilibet seruos vocare ad pil ū, nec popularis Ludibrio SS. principis maiestas, etiamsi apud indignos resideat, exponenda aut vniuscuiusq; pedibus subiicienda, vt [illegible] Philippus H[illegible] Landgrauius in orat. ad Milites [illegible] des Anabaptist. ([illegible] d. l. 5 de S. R.) o- (219)

Q [illegible] ... adit-

ostendit. Licuit Asinæ Balaami (quæ populi typus) Domino suo dicere quid feci? offenderis, si tuo meoque Domino de via discedo, & morem potius gero quam tibi n. 22. v. 28. Non autē violenter aliquid cōtra Balaamum tētare. Quo exemplo monemur, vbi ciuile magistratus imperiū Deo obluctatur à quo omnis eius potestas Rom. 13. huic magis quā illi obediendum. Exod. 1. v. 17. 1. Reg. 18. Daniel 6. v. 22. Superent igitur omne genus cruciatus seruatoris exemplo, modestia, lenitate, patientia, nō defectione non iniuria aut vindictæ cupiditate. Quisquis enim ex animo Christum profitetur is pulsatus rogat, & pugnis cōcisus adorat Tertull. in Apolog. c. 37. Spontaneum igitur exiliū potius eligat, aut mortē priuatus, quam vel contra Deū principi obediat, vel in vnctum Domini furiosè insurgat, sermone scripto aut opere in eum inuehatur, ad ordinis & pacis publicæ perturbationem Dan. c. 3. nu. 16. cū seq. winzet. in flag. hæret. p. 77. & 94. Videantur Monsieur de la Noue disc. 10. Cauriana supra il Tacito l. 3 fol. 30.

(220) (220) Hæc requisita omnia & singula cum copiosè & eleganter sint exposita ab *Io. Althus in polit. c. 38. n. 46. & seq. & Bart. Keckerm. l. 1. hist polit. c. 28.* nihil hac vice addam, remittens me ad systema meum iuris publici vniuersi.

Conclvsio XXXIX.

Membrum 8. & vltimum de Regina Romanorum.

(221) Non solum autem Rex Romanorum, sed & Regina [221]
(222) si adsit, paulò post vngenda & coronanda venit. [222]

(221) (221) Quæritur hic: *an Augusta siue Impetratrix sit soluta legibus?* Respondet *Io. Corrasius l. 2. Miscel. c. 25. nu 6.* eā legib. solutā non esse, sed vt reliquū hominū genus obstringi *l princeps ff. de L L. l. 1. C. de conduct. & procurat. præd. fiscal. domus Aug. l. 11. cessant*, quippe in Augurationes, quæ tantā dederunt principi authoritatē, illa præsertim condēdæ legis, quæ in solo principe locū habet *l. fin. C. de L L.* alijs omnib. denegata est, mulieribus maximè quæ legibus condendis ne quidē interesse possunt *l. 1. ff. de L L.* & *paulo post* planè licet Aug. legibus soluta nō sit, Princeps tamen eadē illi priuilegia tribuit, quæ & ipse habet *d. l. princeps & l. fiscus §. fi. ff. de iure fisci* Vnde quemadmodū Princeps ab omniū vectigalium præstatione immunis *l. licitatio § fin ff. de public.* & donatio ab ea procedens, vel in eā collata non eget insinuatione *l. sancimus cum Aut. seq. C. de donat.* & facta inter Augustū & Augustā donatio constante matrimonio rata est *l. donat. quas Diuus C. de donat. int. vir. & vxor.* hæc *Corrasius* adde *Cuiaciū in not. ad l. 5. col. 12. ff. de iust. & iur. & not. ad tit. C. de testament.*

stament.colum.antepen.Richard.Dieter.de sum.Imp.potest.th.72.

(222) Romani enim Cæsares serenissimã Augustam æquo per omnia iure secum esse voluerunt *n.221.*& imprimis *Iust.l.3.C.de quadrien. præscript.* Hinc vel suâ manu diademata ipsis imposuerũt,quod in oriẽtis Imperio ita fieri debere tradit *Curopal.t de offic.constantin.*& exempla apud *Theophan.Cedrin.Zonaram* ostendunt apud nos eadẽ forma ijdem ritus, cæremoniæ coronationis huiusce,quæ superius in Imperatore tradidimus,pauculis immutatis , quæ tangit & recenset *Henr. Goldast.p.4.tit.* Politische Reichshendel. vbi quot Romæ , quot item in Germania Reginæ coronatæ sint tradit. Et sane in *c.26. A.B.* Imperatrix vel Regina Rom.suis augustalibus amicta insignijs Imperatorem vel Regẽ immediate competentis spacij interuallo suis adsociata proceribus, suisque comitata virginibus subsequi debet. Huic maritalis splendoris intuitu Regina quoque Franciæ tanquam excellens inter omnes,tanquam dilecta illi,qui pascitur inter lilia , cæterosque quoscunque regni Gallici post Regem procedere solet. *Barth.Chassan.in catalog.glor.mund p.5.consi 39.* Hoc obiter addo: Augustæ Imperatrici, ne quid ad maiestatẽ deesset,inter alia officia eius iuribus deputata. Cancellarium etiam ordinarium & perpetuum ei assignarũt Abbatẽ Fuldensem,Principis iura habentem,quo fundamento vt rectè mihi conijcere uidetur *Herm.Kirchner.de offic.Cancell.l.1.c.3.n.62.* cum Henricus III.esset Moguntiæ,inter ministros Moguntini & Abbatis Fuldensis de loco sessus orta est contentio *Io.Naucl.vol.2.gener. 36.* Idem Abbas in conuentu Imperij,quo Henricus VI. Friderici filius Rex Rom. designabatur Coloniẽsem Archiepiscopum sinistrum iam latus Imperatoris tenentem loco amouere nisus est. *Alb. Krantz.l.6.in Saxon.c.46.* Videantur hac de re *Christoph. Brower.antiquit. Fuldens.l.1.c.16 p. 65. & seqq Nic.Serar.rerum Moguntiac.l.5.in Archiepisc.22 p.742. Sebast. Munster.l.3.cosmograph.c.179.Io.VVolff.rer. memorab.cent. 15.fol.973.* Tribuerunt & Archicellanum Abbatem S. Maximini apud Treuiros. *Marq.Freher.ad l.2. Pet.de Andlo de R.I.c.7.*

Ad Lectorem æquum & candidum.

Pedem hic sistere tandem,lector candide,cogor,tùm ne discursus hic nimium excresceat,tùm quia nundinæ Francofurtenses instabant, impressioq; celerabat. Ea quæ restant de Electione Regis Rom. extraordinaria , de qua conclus.III.*in calcẽ* discursus de iuribus Maiestatis *reijcio,quẽ futuris nundinis Francofurtens autumnalib.certo habebis, si Deus etia vitam contulerit. Quæ in hoc discursu dixi vsus Academici a libertate veritatis (quæ sola mihi amica fuit & erit) indaganda causa,meo iudicio,absq; vllius præiudicio,*

cio dixi. Quod sanctè protestor Si minus aptè adest, quæ me excusat, tũ grauissimæ & Augustissimæ materiæ difficultas quam nullũ hactenus, vti decuit aperuisse, ipse Bodinus cõqueritur; tum quia Bibliotheca mea, libris historicis, Politicis & antiquitatũ refertissima, quæq; in Academia Salana adseruatur, destituor Sin autẽ rectè minus: emendandi & reijciendi mihi semper ius esto. Cum nunquam laudata sit in Republica gubernanda viris in vna sententia perpetuò permansio. Quicquid verò huius sit tuo candido rectoque iudicio modestè submitto. Antequã verò huc digrediar, lector beniuole, sane te peruelim, duplex hominũ iniquissimorũ genus in me insurgere: primũ distortos oculos animosq; gerens distorta de me iudicia fert desideriũ salutẽ cõsequendi æternã, interpretans desperationẽ gratiam Dei, pœnam, lumẽ (heu cæci!) tenebras, veritatẽ mendacium salutẽ demũ, æternã sempiternum exitium: & hoc genus ex hæreticorũ factibus originẽ ducit Cui accedit & aliud quod spe diuitiarũ & honorum (ô peruersissimum hoc, quod etiã corda & renes scrutari vanissime præsumit quod tamen soli & omnipotenti Deo cõpetere scire debebat) me catholicũ factum, vel inter pocula sedẽs iniquissime iudicat. Sed vtrumq; sciat, & sciat certò, tu Deus nosti corda & renes scrutãs me vltra quãd ienniũ hac in re laborasse, nec vanè aliquid de salute animæ meæ statuisse. legi enim, conscientiam testor, scripta tàm catholicorũ quam aduersariorum vllorũ Cæsaris Baronij Rob. Bellarmini Mart. Becani. Pet. Cottonij, Greg. de Valẽtia, Canisij, Posseuini, Gretseri, Tanneri Pistorii, Scribanii: *Horũ* ipsius Lutheri Mart. Kemnitii Aegid. Hunnii, Alb. Grawer. Balth. Mesneri Balth. Menzeri Eccardi, Winckelmanni, Finckii Pet. Theodorici *& aliorũ. Nec dum finis biénniũ iam ferè est, quod me authore & instigatore nonnulli quidã & consultissimi viri (quos vt testes appello) collegiũ historicorum Coloniæ vbiorum inceperint nullo alio fine respectu mei cæteri etiã omnes aduersarij, quàm vt infallibilẽ & perpetuã successionẽ vicariorũ Christi & successorum D. Petri indagarem. Sed de hoc hominum genere hoc in loco satis, fusius de illo in* libello in quo de causis accessus mei ad Catholicã Eccles. Rom. *quem suo tempore editurus sum. Alterum genus mea scripta nondum impressa nec publicata imo à me vix cogitata omnibus modis reprehendere satagit, quod hac vice refutatione vlteriori indignũ iudicaui. Hoc solummodo sciat me nunquam scripsisse nec scribere velle pediculosis Grammaticis, stabulariis, cauponibus, nautis & in nauibus enutritis, sed viris I C.tis Historicis Politicis & in aulis Imperatorum Regum Principum &c. educatis & versatis. Nec mirũ aut rarũ videri debet si illi quod non capiunt carpant: hi quod capiunt liberaliter acceperint & authores laude prosequantur digna. Hoc illis in aurem dicere volui, ni desistant, laruas detrahere sufficienter conabor Vale lector candide.*

F I N I S.





